



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.  
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

**Contzen, Adam**

**Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI**

In Capvt VII. Qvæstiones.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)



## VERSUS 69.70.

**Respondit ergo ei Simon Petrus: Domine ad quem ibimus: verba vitæ æternæ habes: Et nos credimus & cognouimus, quia tu es Christus filius Dei viui.**

## QVÆSTIO I.

## Quæ confessio Petri?

§.1. **R**esponder omnium nomine, tanquam os, & procurator cæterorum, non vt Monarcha, ita monet Zuinglius. Et quidem Monarchæ nomen in Sacerdotibus non usurpamus, & si qui in eam adulationem prorumpant, vt Pontificem appellent Monarcham, eos abiectioni, & feruili assentionis infamia notamus. Hoc sanè quod os & procurator Petrus est, multum ad eius primatum facit. Nam non à seipso, nec ab Apostolis, sed à Christo constitutus est, vt os Apostolorum, & procurator esset, vt per eum ageret, vt ille nomine omnium responderet. Cum autem Collegio par esset, cerre, cum os & procurator factus est, non parum eius auctoritati accessit. Cyrillus certè l. 4. c. 28. Per vnum, qui cæteris præerat, responderet.

§.2. Respondet vero tria. Primo: *ad quem ibimus?* Deinde: *verba vitæ æternæ habes.* Tertio: *Ei nos credimus & cognouimus quia tu es Christus filius Dei.* Duo priora ex vltimo oriuntur. Ad alium posse ire Apostolos negant, nulla enim spes salutis apud Phariseos, aliosque. Insignis doctrina, quæ intra Ecclesiam Catholicam, se quisque facile continebit. Ad quem enim ibit? Omnium parium se & auctores flagitij infames, inconstantesque fuerunt, in varias particulas se & sparguntur. Nusquam verba vitæ æternæ. Illa autem sic vocantur, quibus salutem consequuntur. Doctrinam enim Christi totam intelligit.

§.3. Quid crediderint diabum esse non potest. Nam cum dicunt doctrinam eius esse vitæ æternæ, indicant omnia vera esse quæcunque veritas æterna; Christus Dei filius pronunciat, hoc ipso enim quod filium Dei confitentur, mentiri, & falli posse negant. Zuinglius infert; non esse verum Christi corpus in Eucharistiâ, non enim hoc se credere affirmant. At cum omnia illi crederent, & in omnibus, etiam dicentibus qui manducant in eam carnem viuent eternum, crediderunt. Ita hom. 50. interpretatur Eusebius Emislenus. Et Augustinus tract. 27. Verba vitæ æternæ habes in ministratone corporis & sanguinis tui. Verum autem corpus, & sanguinem esse, Augustinus idem eodem loco demonstrat. Tu es filius Dei, inquit, id est, Quia ipsa vitæ æterna tu es, & non das in carne & sanguine, nisi quod tu es. Subdit tandem. Hoc totum quod Dominus de carne & sanguine suo locutus est, & quod in eius distributione gratia vitam nobis promissit æternam, & quod hinc voluit intelligi manducatores & potatores carnis & sanguinis sui, vt in illo maneant, & ipse in illis, & quod non intellexerunt, qui credi-

derunt, & qui spiritalia carnaliter sapiendo scandalizati sunt, & quod eis scandalizatis & perentibus, consolatio Domini affuit discipulis qui remanserant; Ad quos probandos interrogauit: &c. Hoc ergo totum ad hoc valeat nobis dilectissimi, vt carnem Christi & sanguinem non edamus tantum in Sacramento, quod & multi mali, sed vsq; ad Spiritus participationem manducemus, & bibamus, vt in Domini corpore & nam membra maneamus, vt eius Spiritu vegetemur, & non scandalizemur, etiam si multi nobiscum manducant & bibunt temporaliter Sacramenta, qui habebunt in fine æterna tormenta.

§.4. Pareus l. 1. c. 8. de iustificatione, hanc fidem ad fiduciam specialem detorquet. Nam qui conficitur Christum habere verba vitæ æternæ, ille certus est, sed ad vitam æternam esse electum. Respondeo. Illud consequens ex illo antecedente nequaquam deduci. Nam & credere Christum habere verba vitæ æternæ, & an illam consecutus sit, dubitare potes. Cum illud credant multi, hanc consequuntur pauci. Non est autem in Christo, sed in duro hominum corde obstaculum. Imo S. Augustinus etiam Apostolos timore percussos ait, & metuisse, ne & ipsi aliquando deficerent. Non illum expulsi, sed nec filii, vt omnes timerent, quamuis vnus periret. tract. 27. in Ioan. Quin ipse Zuinglius timendum docet. [Hoc sermone vigilantiores eos reddit, vt tantum thesaurum, tantum donum diligentius seruent. Donum Dei est fides, & perseverantia, non nostrum meritum. Et cum ex tam eximij Apostolis vnus defecit, nemo sibi securitatem polliceatur.] Hæc ille dum explicat verba Christi: *Vnus ex vobis Diabolus est.* Christus ergo securitatem sustulit, quam consuendo puluinar securitatis Christianæ Otho Casimirus retulit. Rectè illa Zuinglius contra posteros suos prædicantes progeniem se vitiosorem. Hortatur & Chrysostomus ne facile securos nos putemus, loco quem supra citauit.

§.5. Diabolum vocat Iudam propter obstinam malitiam, in Syro est Satana: Erasimus mallet calumniatorem, hoc est enim *diabolos*, sed non hoc voluit Christus, sed Diaboli instar impium, & contumacem esse ostendit. Eius tamen malitiâ Deus bene vsus est, vt habet August. tract. 27. Monet Tertull. de præscriptionibus c. 3. ne moueamus defectionibus aliorum. Auolens quantum volent palea leuis fidei quocumque, afflatu tentationum, eo purior massa frumenti in horrea Domini reponitur. Nonne ab ipso Domino quidam discipulorum scandalizati deuerterunt? Nec tamen propterea ceteri quoz, discendum à vestigijs eius putauerunt: sed qui scierunt illam vitæ esse Verbum, & a Deo venisse, perseverarunt in comitatu eius vsq; ad finem: cū illis, si vellent & ipsi discere, placide obulisset. Minus est, si & Apostolum eius, aliqui Phigellus, & Hermogenes, & Philetus, & Hymenaus reliquerunt: ipse traditor Christi de Apostolis fuit. Quamuis igitur tota regna ad Arianismum, Turcismum, Calvinismum, Atheismum disciscere videamus, nobis tamen in doctrinâ vetere, & Apostolica persistendum est: & solatio debet esse ipsa paucitas, cui salus diuino ore promissa est: nam nostra paucitas non singularis est, sed toto mundo diffusa, omnia tempora comprehendit.

Pareus deli-  
rium.Non datus  
securitas  
Christiano.Defectioni-  
bus moueri  
non debet  
Christia-  
nus.

## CAPVT VII.

**P**OST hæc autem ambulabat IESVS in Galileam, non enim volebat in Iudeam ambulare: quia querebant eum Iudei interficere. 2. Erat autem in proximo dies festus Iudeorum, Scenopeia. 3. Dixerunt autem ad eum fratres eius: Transibimus & vade in Iudeam, vt & discipuli tui videant opera tua, quæ facis. 4. Nemo quippe in occulto quid facit, & querit ipse in palam esse: si hæc facis, manifesta te ipsum in mundo. 5. Neque enim fratres eius credebant in eum. 6. Dicit ergo eis IESVS: Tempus meum nondum aduenit: tempus autem vestrum semper est paratum. 7. Non potest mundus odisse vos: me autem odit: quia ego testimonium perhibeo de illo, quod opera eius mala sunt. 8. Vos ascendite ad diem festum



festum hunc, ego autem non ascendo ad diem festum istum: quia meum tempus nondum impletum est. 9. Hoc cum dixisset, ipse mansit in Galilaea. 10. Ut autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festum non manifeste, sed quasi in occulto. 11. Iudaei ergo querebant eum in die festo, & dicebant: Vbi est ille? 12. Et murmur multum erat in turba de eo. Quidam enim dicebant: Quia bonus est. Alij autem dicebant: Non, sed seducit turbas. 13. Nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum Iudeorum. 14. Iam autem die festo mediante, ascendit IESVS in templum, & docebat. 15. Et mirabantur Iudaei dicentes: Quomodo hic literas scit, cum non didicerit? 16. Respondet eis IESVS, & dixit: Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me. 17. Si quis voluerit voluntatem eius facere: cognoscat de doctrina, utrum ex Deo sit, an ego a me ipso loquar. 18. Qui a semetipso loquitur, gloriam propriam querit qui autem querit gloriam eius, qui misit eum, hic verax est, & inuisitata in illo non est. 19. Nonne Moyses dedit vobis legem? & nemo ex vobis facit legem? 20. Quid me queritis interficere? Respondit turba, & dixit: Daemonium habes, quia te querit interficere? 21. Respondit IESVS, & dixit eis: Vnum opus feci, & omnes miramini. 22. Propterea Moyses dedit vobis circumcisionem: (non quia ex Moysse est, sed ex patribus) & in Sabbato circumciditis homines. 23. Si circumcisionem accipit homo in Sabbato, ut non solvatur lex Moysi, mihi indignamini, quia totum hominem sanum fici in Sabbato? 24. Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate. 25. Dicebant ergo quidam ex Ierusalem: Nonne hic est, quem querunt interficere? 26. Et ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt. Numquid vere cognoverunt principes, quia hic est CHRISTVS? Sed hunc scimus unde sit: CHRISTVS autem cum venerit, nemo scit unde sit. 28. Clamabat ergo IESVS in templo docens, & dicens: Et me scitis, & unde sim scitis: & a me ipso non veni, sed est verus, qui misit me, quem vos nescitis. 29. Et Ego scio eum: qui a ipso sum, & ipse me misit. 30. Querebant ergo eum apprehendere: & nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora eius. 31. De turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant: CHRISTVS cum venerit, numquid plura signa faciet, quam quae hic facit? 32. Audierunt Pharisei turbam murmurantem de illo haec: & miserunt Principes, & Pharisei ministros ut apprehenderent eum. 33. Dixit ergo eis IESVS: Adhuc modicum tempus vobiscum sum: & vado ad eum, qui me misit. 34. Queretis me, & non inuenietis: & ubi ego sum, vos non potestis venire. 35. Dixerunt ergo Iudei ad semetipsos. Quo hic iturus est, quia non inueniemus eum? numquid in dispersionem Gentium iturus est, & dociturus Gentes? 36. Quis est hic sermo, quem dixit: Queretis me, & non inuenietis: & ubi sum ego, vos non potestis venire? 37. In nouissimo autem die magno festivitatis stabat IESVS, & clamabat, dicens, Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. 38. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquae viuae. 39. Hoc autem dixit de spiritu, quem acceperunt erant credentes in eum: nondum enim erat Spiritus datus, quia IESVS nondum erat glorificatus. 40. Ex illa ergo turba cum audissent hos sermones eius, dicebant: Hic est vere Propheta. 41. Alij dicebant: Hic est CHRISTVS. Quidam autem dicebant: Numquid a Galilea venit CHRISTVS? 42. Nonne scriptura dicit: Quia ex semine David, & de Bethlehemi castella, ubi erat David, venit CHRISTVS? 43. Dissensio itaque facta est in turba propter eum. 44. Quidam autem ex ipsis volebat apprehendere eum: sed nemo misit super eum manus. 45. Venerunt ergo ministri ad Pontifices, & Phariseos. Et dixerunt eis illi: Quare non adduxistis illum? 46. Responderunt ministri: Nunquam sic locutus est homo sicut hic homo. 47. Responderunt ergo eis Pharisei: Numquid & vos seducti estis? 48. Numquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Phariseis? 49. Sed turba haec, quae non novit legem, maledicti sunt. 50. Dixit Nicodemus ad eos, ille, qui venit ad eum nocte, qui vnus erat ex ipsis? 51. Numquid lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognoverit quid faciat? 52. Responderunt, & dixerunt ei: Numquid & in Galileus es? Scrutare scripturas, & vide, quia a Galilea Propheta non surgit. 53. Et reuersi sunt unusquisque in domum suam.

## IN CAPVT SEPTIMUM

## ARGVMENTVM



N Galilaea Dominus versatur, Iudaeam ne occideretur, deuittat: eum fratribus ad festum scenopegiae noluit ascendere, sed post secutus, Iudaeis inter se disceptantibus, interuenit, docet: arguit de cogitata caede; legem se non violasse demonstrat. Mirantur libere eum docere, Messiam esse negant, quod noscent, vnde natus sit. Multi in eum credunt, ministri ad eum apprehendendum missi, sine effectu redeunt. Christus ultimo festorum die, omnes inuitat ad aquam viuam. Nicodemus monet Sacerdotes ne in Christum inauditum sauiant.

Apud Syros ad v. 37. vsque legitur: Matutinū feriā quartā, Hebdomadā 5. ieiunij.

Inde ad 45. In commemoratione doctorum Ecclesiae דמאלפנא דגבילח דמאלפנא דגבילח Demalphone degebilho, quod nimirum doctores imitatione Christi debeant Spiritu pleni, auditores ad res celestes inuitare. Imo & in medijs periculis fortiter officio fungi

Hinc vsque ad finem die Sabbati hebdomadis 5, ieiunij in matutinis.

VER-



VERSUS 1.

Post hæc ambulabat Iesus in Galileam, non enim volebat in Iudæam ambulare, quia querebant eum Iudæi interficere.

QVÆSTIO I.

*Quomodo cum precedentibus ista cohaereant?*

*margin.* §. 1. **S**enopexia festum à medio septembri celebrabatur, vitæ eius infidebantur à festo Paschæ, vel pentecostes, vt alij volunt, irritati sanatione paralytici, quem 38. annos morbus afflixerat. Itaque aliquot mensium res gestas Ioannes omittit, cetera quadam, delibare contentus, quibus eius diuinitatem ostenderet. Non enim conditum contexit vitæ illius historiam, sed quæ Spiritu sancto suggerente, Ecclesie mandare scriptis oportuit. Multis interpretum feriem ad cap. 6. versum quartum referunt; disputationem enim cum Capernaitis quali per parenthesis interiectam arbitrantur. Alij longius parenthesis extendunt, ad v. 18. c. 5. Aut legendum est, aut intelligendum, noluisse Christum in Iudæa ambulare seu versari, hoc enim Græcum verbum *ἀναίρειται*, & tota constructio, sicut & Syra interpretatione conuenit. Hæc igitur in Galilæa sunt gesta, vbi quamuis Evangelium multi obfisterent, ardentem tamen & liberè veritatem populi pars amplectebatur.

QVÆSTIO. II.

*Cur noluit in Indiaâ versari?*

**C**RISTOSTOMUS quaestionem proponit hisce  
verbis: ἡ λέξις ἀμάρτης ἰσχυρὴν, ἐκ ὧν ἐξο-  
δικῶς, ὁ δυνάστης πάλαι οὕτως ᾔδεισεν: Quid autē de huius lo-  
quutione, non habuit potestatem, qui omnia, quae voluit, potest?  
Ipsū quoq; textum ita citat: ὁ γὰρ ὅτι ἐκ τῆς ἐξουσίας ἐν τῇ  
ἐκείνῃ ἀπέταλεν. Non enim habebat potestatem versandū in  
Iudaea. Potte legit pro ἐκείνην, non voluit, sed ἠδύνατο,  
non potuit. Quamvis dicere malim eum verba, quae  
citāt, legisse, nec illud, οὐκ ἠδύνατο, non potuit, peri-  
phrasi expōsituisse, οὐκ ἔχον ἐξουσίαν, non habuit potestatem.  
Sensūs idem tamen dici debet. Nam βούλεσθαι, attor-  
centur fiti pro δύνασθαι interdum vsurpare. Sunt au-  
tem vt monet Gregorius Nazianzenus quadā dīdū-  
tate impossibilia, non quia fieri non possunt, sed quia  
sunt ἀβουλῆται, quia non vult, qui facere poterat. Quo-  
modo exponenda omnia sunt, quae Deus facere posse  
negatur, quando non impliant contradictionem.  
**Quin &** nunc ea quae negare solemus, non posse fieri  
respondemus.

§. 2. Causa Iudææ vitandæ erat, quod Iudæi illum  
constituerant interficere. Specie Zeli, & pietatis fu-  
rentius irasciebantur Sacerdotes & Pharisei, quo eo-  
rum commodis potissimum oblatre videretur, vitij  
in publicum manifestandis: populum ergo Ierosoly-  
mis viciniorem concitabant, in Galilæâ minus pote-  
rant. Prudenter itaq; odia & inuidiam absentiâ de-  
clinauit, nequaquam tamè officium deseruit, poterat  
potentiâ periculû discurrere, sed cum homo esset, & ad  
passionem veniret, nobis cautionem in aduersis com-  
mendare maluit, te temerè nos persequentibus ingre-  
ramus. Temeritas n. inconsiderata, ruinæ proxima est.  
Itaq; Chrysof. & Leontius contra Marcionitas hanc  
causam reddunt. Athanasius ex eo etiam docet non  
prohibitâ esse in persecutione fugam. Imo crebro ne-  
cessaria est fuga, dum irâ vel morâ, vel cessione eius,  
cuius præsentia exasperatur, paululum hostis mitige-  
tur, & molestar: nos certè cum impares sumus, fugere  
solumus, & notum est illud Homericum de charibdi.

34  
 ἐὰν πὺς ἐς' ἀλλήλῃ, Φυρεσιν καὶ ὀλῶσιν ἀπ' αὐτῆς.  
 Nec vium robur est, quod resistat, optimum est ab eis fugere.  
 Fortitudo Domino non deerat, sed docere nos volu-  
 it, inimico non semper viribus resistendum, sed ce-  
 dendum esse aliquando.

VERSUS 2.

*Erat autem in proximo dies festus  
Iudeorum scenopegia.*

QVÆSTIO I.

*Qua scenopegia?*

§.1. **D**E magno illo, & latissimo festo agitur Leuitici 23. 2. quo loco caerimonia explicatur. In tabernaculis habitabat in memoriâ quadraginta annorû, quibus habitabat in deserto. Plurali numero vocari possent תבניות, sed Ioannes numero vtitur singulari, חנוכה. Syrus nominat; חנוכה, דמיתלל ביהודה. Scene, שנתטור, & רשתא Iudeorum. Vbi Fabricius vertit: Conopea, marginalis nota Hebraice interpretatur סוכות Succoth, h.e. tabernacula. Sicut & Syram dictione גאדגדגדי gadgadi, explicat Hebræâ voce חג, q. festum significat. Legè Christus festabat; nâcō tempore comparare Ierosolymis oportebat, simul etiâ in tantâ frequentiâ docendi occasionem, & miracula illustria faciendi captabat.

VERSUS 3. & 4.

*Dixerunt autem ad eum fratres eius.  
Transibinc, & vade in iudæā, ut  
& discipuli tui videant opera tua,  
quæ tu facis. Nemo quippe, &c.*

QVÆSTIO I.

*Quodnam fratrum eius consilium?*

S. I. **D**E fratribus Domini iam alias sæpe dictum est: Non fuisse *ἐπὶ τῶν ἀδελφῶν* scilicet Iosephi filij, licet Cyrillus, Leontius, Euthymius id opinentur. Nec enim illi ante deiparam virginem habuit uxorem, nec *Fratres* dixit post duxit. Sed more Iudeorum omnes con sanguine *cunctus* cognati fratres appellatur. Intereos non fuerunt Iacobus & gnati. Iudas, qui fratres Domini appellantur, Gal. 1. 19. Apostoli enim iam fidē receperant, fratres qui hic iter Ierosolymitanum urgent, non credebant in eum. Syrus loco pronominis habet, *Ἰησοῦ*, solent enim pro relativo ponere antecedens. Quod est in Græco & Latino. *Vt & videant.* Syrus omittit particulam *ὅτι*, quæ ad emphasin tamen huius parum valet.

§ 2. Fratrum, quo Christum, ut ad diem festum ascendat, hortatur, non exiguus est, nec simplex error; Nam iure cognationis nimium sibi licentia affluunt; Fratrum Monet S. Chrysostomus ἀκούειν εἶναι ἀπὸ τοῦ ἀποστόλου, insem-error. pessimum alioquendi libertatem, & ἀπὸ οὐρανίας καὶ πατρίας; ἀφ' ἧς &c. Et ob cognationem eos liberi disputare. Cognati enim aut fere imperant, aut invident, in eos qui videntur inferiores asperni, in superiores invidi.

Τὸ συγγένες πικρὲι Φθόρον.

Cognatio parit inuidiam, & solet inuidia altiora petere. Atq; hæc de infidelibus, & impiis ut plurimum vera sunt: Christiani, quibus singulatim posita est lex caritatis, consanguinitate ad amorē accenduntur. Fratrū autem Domini arrogans factū est: nam quamuis multa eius miracula vidissent, consilium tantū velut prudentiores imprudenti obdunt. Nihil hoc solidiū esse potuit factū, cum enim tantā potentia, potentiaque omnia cum administrare animaduertērent, & tam illustriā in eo diuinitatis signa fulgere,

suam



suā tamen illi sapientiā vtilem opinantur fore, ideoq;  
quæ ad nominis gloriam spectare existimant, quasi  
sua bona ignorāti, non sine aculeo quodā suggerunt.

§ 3. Concilium, ut illi arbitrantur vile, & speciosum. *Transibit, & vadit in Iudæam, ut & discipuli cui videntur opera sua.* Tertius error est, quod stolidum & ignavum iudicent, ut qui tantâ famæ & gloriæ consecutæ occasione oblata non utatur, in Galilæa lateat, totius nationis conspectum fugiat: nec enim homines carnales vel cogitatione consequi poterunt, quis sit veræ humilitatis sensus. Celebratæ & gloriæ spernere non iudicant humanum. Ut ille etiam Gentiliū Orator; Eam ab optimo quoque; maximè appeti ceasebat. Quis ei sit virtutis, & pietatis diuinæ, imo Spiritus sancti conditio, ut gloriæ servire debeat. Tam enim contra naturam est, virtutem gloriæ, quam volupritas esse administrat. Vanissimæ enim vmbra sanctissimæ, & pulcherimâ famulari nefas est. Verum illi optant cognatum esse in Iudæa, opera illius à discipulis, qui in Iudæa plurimi erant, & honorati cognosci, eos arcibus illi deuinciri, plures adiungi, floresse Dominum. Nam quod Chrysostomus suspicatur eos tradere Sacerdotibus Dominum constituisse, durum est; nec credidero tantæ eos malitiæ fuisse. Sed ex Christi celebrate, & honoribus, sibi potius exitum inueniunt, atque etiâ commoda sperasse; vincula autem mortemque cognati non poterant non iudicare, opprobrio sibi fore: quin etiam si tantquam reus maiestatis, aut præstigatorum trucidaretur, ne contagione quadam, & consortio pœnæ, aut suspicionis saltem ipsi quoque implicarentur, verendum erat, proinde in Galilæa potius, ut in tuto manendum suaderent, aut sanè nolent in eius comitatu esse.

S. 4. Hinc & illud ostendunt, se de Christo nihil homine altius suspicari; nam *νερνο*, inquit, *in oculo aliquid facit*, sed querit ipse in palato esse. Hoc est ἐν τῷ ὀφθαλμῷ εἶναι, in liberā loquendi potestate: nam qui magna quædam agunt, illi fidenter, & liberè velut ex auctoritate loquuntur. Dicitur autem quasi sit *καθ' ὅσον* quod est loqui. Nam qui ad dicendum publicè accedebant, eos liberos & audaces esse oportebat. Paulus Eph. 3. *καρποὶ ἐν* vocat & *καρποὶ αἰνῶν*. Hinc *καρποὶ ἐξ*, libere & publicè loqui. Vnde etiam veteribus, dictus est Demochares à suis *καρποῖς ἀκρίστοις*, quod loquendi magnā libertate vteretur. Et Cicero auctor est Socratem *liberam contumaciam à magnitudine animi, non superbiā sumpsisse*, itaq; in *καρποῖς ἐξ*, cum Dominum iubent, non modo eum cum magna gloria in oculis omnium verari desiderant, verum etiam in *καρποῖς ἐξ*, vt liberè vnde sibi tanta sit potestas pronunciet, seque à Deo missum Prophetam contestetur, vt ora aduersarij obturet, & sine periculo vnam degat. Syrus habet *ἔξ* *Regalia*, quod est ἐν *καρποῖς* in aperto. Imitari igitur hominū vicia, arrogantiam præsertim suadent, cū Christus gloriæ contemptum, ignominiam, & abiectionis amorem docere insinuat. Cum ante prestantior esset, se ab hominibus testimonium non querere, nec posse credere, qui gloriā ab hominibus quærunt, ac illi excitare in eo cupiditatis laudis satagunt. Perinde ac si dicant: Percontetur illa præclara nisi videatur, theatrū tuis virtutibus idoneū pectus, non te capiat Galilæa.

Laudatas ostendit avis lunonia pennas.

*Sitacisus spectes, illa recondit opes.*

§ 5. Videntur autem de eius virtute dubitare. *Si hæc facta manifesta teipsum mundo.* Non dubitabit illa fieri. Miracula enim luce clariora fuerunt, sed insinuante possit subesse dolum, præstigias, ostentationem inanem. Si verè, Dei virtute, & tibi donatâ gratiâ ista admittat facis, non est quod metuas, ita rem instituas, ut cunctis innotescat divinâ te virtute prædium. Alii interpretes vanitatem Christo exprobari à cognatis existi-

mant. Si hæc facis, si vt hæc ænus ostendisti, ad gloriã contendis, atq; hac in palæstrâ te exerceas, alium modũ aggredere. Celebritatem metropoleos pete, vbi opere precium est. Mihi prior interpretatio verior apparet; non enim credebant in eum; fulpẽcia itaq; miracula habuerunt. Non nego tamen eos suo Christum ingenio æstimasse, & gloriæ studiosum, & offentatorem iudicasse; eo enim tendite eorum consilium, vt viam ad gloriam ostendant faciliẽ & compendiosam.

V E R S V S 5.

*Neg, enim fratres credebant in eum.*

QVÆSTIO I.

*An cognatorum Christi incredulitas honori*

*Marie matris obstare debeat?*

§. 1. **N**on crediderunt in eum, et tamen miraculo-  
rum magnitudine, & splendore mouerent-  
ur, vel aliquid in Christo magnum, nouum, diuini  
suspiciere cogerentur, carnis tamē imbecillitate offen-  
si, Messiam esse nō credebant. Merito itaq; eos igno-  
minia perfidie singulariter notat. Nam magnum impe-  
dimento est domesticorum infidelitas. Si enim fratres  
de impostura suspectum habent fratrem, quid facient  
alieni? sed noluit fidem Deus domesticis niti testimo-  
nio, nec cognationis & sanguinis esse electionem, sed  
sui beneplaciti: ne quis cognatos feliciores externis  
suspicietur; ecce credunt publicani & meretricis &  
proximi inter quos educatus est, calumniantur. Docuit  
enim Christus doctores & praelatos Ecclesie, non  
sanguine, sed virtute æstimandos esse quibus in parte  
credenda est Ecclesia. Multos alioquin insignes Eccle-  
sie præfules dæmon, plures supplantarunt cognati,

§. 2. Caluinus hanc rem contra Beatæ Virginis matris honorem detorsit. [ Hinc colligitur quam nihil sit carnalis propinquitas : Perpetuum enim infamie notam, Spiritus inurit Christi cognatis, quod et opere- rum testimonijs conuicti, ne tum quidem credebant. Quo magis ridicula est Papistarum superstitio, qui in virgine Maria posthabitis omnibus alijs, solum sanguinis honorem cfferunt. Quasi non reprehensa ab ipso Christo fuerit mulier, quæ ex media turba clamauit. Beatus ventet, qui te protulit. ]

Resp. De voce multum ex media turba clamantis  
fuo me loco respondisse: nunc de dignitate matris di-  
cendum est. Hoc solum aduertendum; verba textus  
a Caluino corrumpi; nam Christum respondisse dicunt,  
*Quin potius beatis, qui audiunt verbum Dei; et custodiunt illud.*  
Luc. 11. 28 Non enim *κρυψτε*, quod est in Græco signi-  
ficat, *quin potius*, vt ille vertit, vt indicet priorem patē-  
negari, alteram affirmari; Non enim sensus est, Non  
est beata quæ peperit, sed quæ verba Christi custodit.

Siquidem & Christi mater, & auditor verbi beatus  
est, hic audiendo & faciendo: illa pariendo, audi-  
endo, faciendo. *Quin* imo contrarii indicat, & beatum  
verum, & verbum diuinorum custodem beatū esse,  
nec Beza comparat, sed vertit: *imò vero.* Caluin. etiam  
in Luca textu retinuit, *Quin imo.* Hic nec desit  
alumnæ mui ait, *Quin posui, ai uerū est* porro qui-  
dem, sane, quidem, ai qui. Xenophon. *χαλκὸν πεποιη-  
μένον ὅς ἐστιν ἄνθρωπος ἀκούων καὶ ποιοῦν, ἀδύνατον δὲ τοῦτο πεποι-  
θεῖν.* Durum profecto est domesticis percutere negli gere, im-  
possibile vero tam molli alere. Sic ad Rom. 10. *καὶ οὐκ ἐστιν  
ἀδύνατον τῆς σὺ οὐκ ἀσπάζεσθαι καὶ πρὸς θεὸν.* Etenim equum  
homo, ut respondens Deo? Sic & 1. Reg. 20. quod uetus  
interpret conuertit: *Quin imo,* in Hebræo est: *Quin  
peulam.* Ei vere. & Ier. 8. 12. Hebræice est *ἄτιμ.* Quin  
imò pudore non fuit confusi. Itaque, uerba illa iustifi-  
cificantis non sunt funder Virginis matris, sed custodes et-  
iam diuinæ legis beatos esse. apud Lucam particula il-  
la omiſſa, Solum enim habet: *Beati illi, qui audientes &c.*



§. 3. Solum matris honorem a nobis offerri calu-  
 nia est. Innumeros tam sanctæ Virginis titulos te-  
 nemus. Hymni & preces quas illi recitamus, contra-  
 rium euincunt. Dicimus eam gratia plenam, Domi-  
 num esse cum ea, benedictam inter mulieres, beatam  
 quæ credidit, perfecta esse, quæ illi diuina sunt à Domi-  
 no. Matris honorem si absit pias, & gratia Dei, sci-  
 mus ad salutem non esse satis; multos ex Christi pro-  
 genitoribus impios fuisse historia sacra demonstrat,  
 non profuit impiis ex suo semine ortum mundi salu-  
 tem; genuerunt exteris Saluatorem, ipsos exitum in-  
 uoluit. Matrem ergo colimus, quam supra omnem  
 Deus creaturam honorauit: miramurque Caluinum  
 despiciere matrem Domini sui, eo quod sit res Domi-  
 ni in eam non crediderint. An ideo filius parentem non  
 honorabit, si vel parentem vel ipsum fratres contem-  
 nant? An ideo sanguinis propinquitas tollenda, quod  
 eam prauis homines violant? Salus æterna, electio, vo-  
 catio, iustificatio non sunt affectum, & affinitatum  
 humanarum opera, fator; non tamen sunt illa cum  
 in cognatis reperiantur, contemnenda. Filium non  
 degenetem de sanctitate parentum gaudere par est.  
 Eoq; magis honorare parentem conuenit, si & parens  
 & sanctus est. Et sane Christus dum matri subditus est,  
 Deus homini, illam honorasse censendus est.

§. 4. Matri Domini non ob dotes modò, & virtutes  
 diuinitas illi concessas exhibendis est honor, sed  
 etiam quia mater est. Titulus parentum, etiam malo-  
 rum, à filiis honorem exposcit. Caluinus matrem  
 suam, quæ tale monstrum in lucem edidit, honoran-  
 dam existimat, nos Dei genitricem matris nomine  
 non colimus? Non voluntate duntaxat, & charitate  
 iuncta Deo fuit, sed ex sanguine illius corpus sibi for-  
 mauit, & dignitatem feminæ contulit, ut esset mater  
 Dei. S. Thomas verius argumentatur. Matri Dei infi-  
 nitam quandam ex filio Deo dignitatem conuenire,  
 in i. sentent. Bernard. Serm. 2. de incarnatione, Dei-  
 param, & Christiferam appellat. Innumera talia sunt  
 apud veteres, ut Origenem in orat. in hypapante. Cy-  
 tillum orat. Ad Deiparam. Chrysost. serm. 143. Et Da-  
 mascen. l. 4. c. 15. de fide orthodoxa. Reuera, ait, factam  
 Dominam omnium, cum omnium creatoris facta est mater.

Et Rupertus lib. 1. de operibus Spiritus sancti, cap.  
 10. Facit igitur Caluinus ut minus priscos hæreticos  
 miremur Mariam Dei genitricem esse negantes, quam  
 Caluinum eam ob causam Mariam honorandam ne-  
 gantem. Quid enim creatoris tui matrem non censes  
 honorandam, creaturæ censes? Quod si cui non sa-  
 tis causæ est honorem matris effectui, cum audit Dei  
 matrem, ille non minus extra diuinitatem est, quam  
 is, qui negat Mariam esse Dei matrem.

Nazianz. orat. 51. Si quis sanctam Mariam Deiparam  
 non credit, extra diuinitatem est. Si quis Christum per Virgi-  
 nem tanquam canalem fluxisse, non autem in ea diuino modo,  
 quia absq; viri operâ, humano, quia iuxta pariendi consuetu-  
 dinem formatum esse dixerit, æque Atheus est.

Hæc exponens Elias in hunc modum disserit. Et Va-  
 sianus Apollinarius, & Deo inuisus Nestorius per ea, quæ dice-  
 bant, Dei genitricem Beatam Mariam esse minime confiteban-  
 tur. Nam si ead carnalem naturam habens descendit, ac per  
 Virginem tanquam per canalem descendit, transiuit, ut apol-  
 linarius nugabatur, etsi alius Dei filius erat, alius qui ex Virgi-  
 ne natus est, cui secundum solam habitudinem virginis si-  
 lius copulatus fuerat, ut rursum Nestorius stulte asserbat, duas  
 scilicet naturas nominans, verum eas ab inuicem dirimens, &  
 separatim statuens, ac duntaxat habitudinem, & honoris æ-  
 qualitatem connectens, an non aperte Dei matrem Dei genitri-  
 cem negant? Itaq; hoc loco vir sanctus, eos, ut ipsam per ea,  
 quæ dicebant, Dei matrem minime confitebatur, à Deitate pro-  
 pulse, atq; omnino Atheos esse pronuntiat. Nos autem, inquit,  
 peram vniorem factam fuisse asserimus, quippe cum Dei filius  
 Adam Conzen in Euseb. Tom. II.

humanam naturam assumpsit, atq; ex Virgine sanguinibus  
 carnem animam rationalem & intellectualem animatam sibi ipse ef-  
 formari, diuino simul & humano modo: diuino nempe quia  
 sine semine, ac sine viro, humano autem, quia, ut partus lex po-  
 stulat, nono mense genitus est: ob idq; Dei genitricem proprie  
 ac verè sanctam virginem predicamus. Ut enim verè Deus est,  
 qui ex ipsa genitus est: sic etiam scilicet Dei genitrix verè est  
 ea, quæ verum hunc Deum ex seipsa incarnatum genuit. Deum  
 porro ex ipsa genitum fuisse dicimus, non quod Verbi Deitas ab  
 ipsa ortum acceperit, sed quia Dei verbum, quod ante sæcula &  
 sine tempore, ex Patre genitum est, ac sine principio, & sempi-  
 terno modo, cum Patre ac sanctissimo Spiritu est, in extremis  
 diebus salutis nostræ causâ in ipsius ventre habitauit, & ex ipsa  
 citra omnem mutationem incarnatum & genitum est. Neg, e-  
 nim sancta Virgo nudum & simplicem hominem genuit, sed  
 Deum verum, non nudum, sed incarnatum, non qui cælestis  
 corpus deduxerit ac per eam, tanquam per canalem, transferret,  
 sed qui carnem eiusdem nobiscum substantiæ ex ipsa suscep-  
 rit, & in seipso considerit. Hæc Elias: Pergit verò Nazi-  
 anzæus in hunc modum.

Si quis formatum hominem fuisse, Deumque postea subisse  
 dicat, damnationi obnoxius est. Hos enim non Dei generatio  
 fuerit, sed generationis fuga. Si quis duos filios, alterum ex Deo  
 & Patre, alterum ex matre, non autem vnum atque eundem  
 induxerit, is ab ea quoq; filiorum adoptione excidat, quare ead  
 credentibus promissa est. Quamquam enim Deus & homo due  
 nature sint, quemadmodum & anima & corpus, non tamen  
 duo filij nec dii, quemadmodum ne hic quidem duo homines,  
 tamen si Paulus ad hunc modum internam & externam homi-  
 nis partem appellauerit. Atq; ut paucis rem complectar, aliud  
 quidem atque aliud sunt ea, ex quibus Saluator (nisi verò, id  
 quod cerni non potest, idem est cum eo quod in oculorum aspe-  
 ctum cadit, & quod temporis expertus est, cum eo, quod temporis  
 subest) non tamen alius atq; alius: absit. Ambo enim hac con-  
 nexione vnum sunt, Deo nimirum humanitatem, atq; homine  
 diuinitatem suscipiente, aut quocumq; tandem nomine quispiã  
 vti malit. Porro aliud dico, contra quam in Trinitate res habet.  
 Illic enim alius atq; alius, ne personas confundamus: non autem  
 aliud atq; aliud, quoniam tria, quoad diuinitatem, vnum &  
 idem sunt.

Cum igitur tantum laborarit vetus Ecclesia, ut B.  
 Mariæ nomen hæreticis assereret, eaque causâ à Deo  
 summo maximum ei honorem tributum doceret, de-  
 testanda est eorum malitia, qui eam illi dignitatem,  
 per cuniculos ereptum eunt.

## VERSUS 6.

*Dixit ergo eis Iesus: Tempus meum  
 nondum aduenit: tempus autem  
 vestrum semper est paratum.*

## QUESTIO I.

*Quod Christus vocet suum tempus, &  
 fratrum?*

§. 1. Chrysostomus, Euthymius, & quicquid sequuntur  
 de tempore mortis interpretantur. Nam  
 enim v. 30. & c. 8. 20. & 13. 1. dicitur, nondum venisse horam  
 eius, de morte accipiendum est, hic igitur eodem parti-  
 ter modo. Tempus Christi, est tempus mortis eius, & Non est tem-  
 pus mortis.  
 transitus ad Patrem. Nonnulli quamuis tempus, &  
 horam concedant ad passionem rectissime aliis in lo-  
 cis referri, non posse tamen hæc aptè conuenienterq;  
 eò accommodari iudicant. Nam nec de mortis, tem-  
 pore fratres agebant, nec antithesis locum habet.  
 sic tenetur expositio. Dicere enim Dominus suum  
 moriendi tempus nondum esse, fratrum autem tem-  
 pus moriendi semper paratum esse. Nam & fratribus  
 stabat sua cuiq; dies, & hora, & momentum à quo de-  
 pendeat æternitas, sicut Christo suum à Patre tem-  
 pus



pus decretū erat. Nec de fratrū preparatione loquitur, non enim semper ad mortem parati erant, certe imparatissimi erant hoc tempore, cum non crederent. Quod si aliter antithesin instituas, ut sensum dicas: Mea mortis tempus nondum aduenit, vestrum gloria consequenda semper adest paratum, nemo non videt gratiam, & elegantiam ac pene sensum responsionis interire, ut illi existimant.

§. 2. Alia expositio est. Tempus ascendendi Ierosolymiam, & gloria mea publicè manifestanda nondum aduenit. Nam ad gloriosam illam ostensionem, & regnum potentissimum capessendum si Messias esset, eum fratres hortabantur: illi enim comitatu maximo hominum cum ipso ascendere gestiebant, & cognati tanti, tamque potentis Prophetæ videri. Ad hæc respondet breuiter; Nondum eius quam imaginabantur maiestatis adesse tempus, de erroribus eorum de morte sua nihil admodum incredulis prænunciat, ne magis eos ab alienaret. Itaque quicquid ad me pertinet, id à diuina potestate pendet, totum, & singula agendi, pat' endique momenta in sua manu posuit Pater, & per omnia illi pareo, non modo omnia præcepta exauiendo, sed etiam suis quæque temporibus perficiendo. Nunc vero ascendendi tempus nondum est. Vestrum autem tempus semper est in promptu. *ἡμεῖς δὲ ἐν τῷ ὄρει τοῦ θεοῦ*, omnis occasio parata est. Nam omni momento, ad commoda vestra, gloriamque intenti excubatis. Non enim Dei voluntate, cuius prouidentia certis meritis omnia definit, ducimini, sed cupiditate vestra, quæ semper in vitia ebullit, raptamini. Mea omnia à Dei solius arbitrio dependent. Magnæ res certa sibi tempora constituta habent. Vobis semper tempus esse videtur, ut ad gaudium ad festa properetis.

Hanc ut veram interpretationem esse non dubito, ita aliam coniungere operæ præcium existimo. Fratres enim Domini non modo ad festum ascendere eum hortabantur, sed eo modo ut omnia opera sua discipulis in totius gentis conuentu ostenderet, ut omnibus manifeste constaret, ipsum Messiam esse, hoc est enim quod aiunt. *Manifesta te ipsum mundo.* Christus ad omnia illa responderet, Nondum esse tempus hoc faciendi, iam se eum illis non ascensurum, ut se ipsum mundo manifestet, cum vero ait nondum esse tempus manifestationis, indicat aliquando id futurum: quo quidem loquendi modo, & passionem, & executionem complectitur. Plus enim respondit, quam ipsi intelligunt, nec tamen ut intelligant, exponit, quia nondum tanti mysterii capaces erant. Non credebant in eum qui a humanam gloriam quærebant gloriæ ipsius consulunt tanquam fratres, loquebatur caro, & Deo suo consilium dabat homo. Christus ordinem, modum, viam gloriæ suæ nondum ostendit, sed tantum negat adhuc esse tempus proficiendi, & gloriam manifestandi. Vtrumque sane Augustinus complectitur. Tract. 28. in Ioan. *Quid est hoc? nondum venerat tempus Christi.* Quare ergo Christus venerat, si tempus eius nondum venerat? Nonne audimus Apostolum dicentem, *Cum autem venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum?* Si ergo in plenitudine temporis missus, quando debuit missus esse, quando oportuit venit. Quid ergo est tempus meum nondum venit? Intelligite fratres quo animo illi loquebantur, qui quasi fratrem suum monere videbantur, dabant ei consilium consequenda gloriæ, veluti seculariter, & terreno affectu monentes, ne esset ignobilis, & latitaret. Quod ergo ait Dominus, Tempus meum nondum venit, illi respondit, qui ei consilium de gloria dabant. Tempus gloriæ meæ nondum venit. Videte: quam profundum sit, de gloria illi admonere, sed ille voluit altitudinem humilitatis præcedere, & ad ipsam celsitudinem per humilitatem viam sternere. nam & illi discipuli utique gloriam requirebant, qui volebant sedere vni ad dexteram eius, & alter & sinistram. Attendebant quod, & non videbant quæ via Dominus eos, ut or-

dinatē venirent ad patriam, reuocauit ad viam. Excelsa est enim patria, humilis via: patria est vita Christi, via est mortis Christi. Patria est mansio Christi, via est passio Christi. Quare cūsat viam, quid querit patriam?

Theophylactus qui tempus crucis & passionis putat indicari, paulo aliter exponit, eodem tamen recurrit. *Καὶ ἰδοὺ αὐτὸς ἀπὸ τῆς φωνῆς, ὃς ἡμεῖς οὐ μέτερον ποιοῦμεν ἐν τῷ ὄρει τοῦ θεοῦ, καὶ αὐτὸς αὐτῶν τοῖς ἰσχυροῖς, καὶ ἀναρῶσιν ἡμᾶς τὰ αὐτὰ ἡλῶντας αὐτοῖς, ἐπεὶ ὁ θεὸς βούλοιστο αὐτὸν ἀνελθεῖν, ἐν περὶ ἰδωσιν εἰς τὴν ἰσχυρίαν αὐτοῦ.* Hoc est: Crucis & mortis. Et enim vos semper cum Iudæis sitis, non occidet vos, eadem, quæ illi zelantes. Me vero celeriter volent è medio tollere, si videant ad festum venientem. Totum igitur coniungendum est: nondum est tempus meum proficiendi, ut occidar, refurgam glorificer; Vestrum semper est ut cum Iudæis inimicis meis agatis, gloriam quæretis. Ex quo apparet, quantum vniuersus mundus abberet, dum gloriam homines petunt à peritis petunt, & virtutes humane subdunt laudi. Exeret enim non minus animos ambitio, quam alia virtus, licet illa alia sæpe premat, & sola dominetur. Gloria autem est iudicium hominum de aliquo bene opinantium, quod frequentissimè falsum est. Conscientia teste & Deo probante opus est, ut vera sit, si magis virtus: ideo quæ gloriam laudemque perit sibi proposita habet, virtutis simulatrix est. Non enim peritenda est gloria, sed illa agenda sunt, quæ gloria sequatur: non tamen agenda, ut sequatur. Sed contentenda est gloria, ut inutilis. Umbra est: cui nummi dantur, auro contentus, umbram eius negligit, et stilliculam se detur, auro perdit. Gloria autem sequitur fugientem, persequentem fugit.

*Hosiem amat, & sequitur, prenatq; irrita repulsa, Odit amatorem gloria culta suum.*

De Catone Salustius testatur: *Quo minus petebat gloriam, eo magis illam sequebatur.* quo elogio bene illum Augustinus laudatum iud. cat. lib. 5. cap. 12. de ciuitate Dei.

## VERSUS 7.

*Non potest mundus odisse vos, me autem odit: quia testimonium perhibeo, de illo quod opera eius mala sunt.*

## QUESTIO I.

*Cur Christum non fratres eius mundus odit?*

§. 1. **N**on posse odisse fratres suos pronunciat, nam leges mundi seruabant, eius desideris obsequabantur. Non potest odisse, inquit Chrysostomus; *τὸ αὐτὰ βρομῶντες, καὶ ὡς τὸν αὐτὸν ἀνέχοντες.* Eadem volentes, & ad eadem currentes. Non potest odisse testes suos malos, testes falsos, qui bona dicunt, quæ mala sunt: habet Augustinus. Consensus est malorum inter se. Notā itaque sententiā Christum virtutem. Malus malo iucundus est. vetus dictum Aristoteles recenset 7. Ethic. Endemiorum

*Καὶ οὗτοι καὶ ὁ θεὸς αὐτῶν τὸ καὶ οὐκ ὄν*  
Malus enim cum malo voluptate colliquescit.

Martialis l. 8. mi. atur cōiuges pessimos mutuo odisse.  
*Vxor pessima, pessimus maritus,*  
Miror non bene conuenire vobis.

Christus Dominus itaque fratres suos in cœtu mundi collocat, & se abdicat, nisi conuertantur, in æternum perditurus. Nam eorū quoque mala opera esse ex mundi amore & confortio demonstrat. Nec n. de eorū dubita-



dubitamus moribus, quorum sodalitia improbanonimus. Eurypidis etiam illa laudantur.

Ὅστις δὲ ὁμολῶν ἡδέτερον κακῶς ἀνὴρ,  
Ὀυκ ἀπὸ τῆς ἡρώτιδος, γυναικὸς ἐστίν,  
Ταῖς πόσιν οὐκ ἀνὴρ ἡδέτερον ζῶν.

Qui cum improbi gaudet vivere, nunquam rogavi, sciens eum talem esse, quales illi quibuscum conuersari gaudet. Mundi itaque amicitia malos ostendit, non enim vivere eius legibus contentantur possunt, qui facta illius improbant. Christum autem odit, qui monitor est, & testis scelerum illius. Corrigi non vult, pro vitiis, tanquam patrimonio pugnat. Fratribus suis ad festum futuris, & acerba principum odia contra se intellecturis hoc inculcat, ut plane percipiant, odiorum, obreftationum, infidiarum vnicam esse causam, quod vitia sua reprehendi viderent.

## QVÆSTIO II.

An omnia mundi opera mala sint?

§. 1. Caluinus mundum pro non renatis accipit, eorum omnia opera damnari scribit. [Quod si iudicio Christi acquiescimus fateri necesse est, totum hominum naturam adeo vitiosam esse, ut nihil inderecti, nihil sinceri, nihil boni otiri queat.]

Verum quidem sensum ista sententia habere posset, si nomine recti, boni, sinceri operis intelligatur opus ex fide, charitateque profectum, & ad vitam aeternam proficiens. Hoc enim in non renatis nullum esse potest. Atqui Caluinus omne opus hominis infidelis tunc ei deputat, & ut Beza ait: omne opus optime factum miles miles infernum mereri. Hoc noua heresis delirat, Christus non dixit. Mundi opera mala esse asserit, non dicit nullius mali vllum esse opus bonum. Bonum inquam moraliter, nec pœna dignum. Nam bonus in malo est aliquis affectus; scripta enim est in Gentium cordibus lex naturæ, quam etsi non seruant, non tamen in omnibus actionibus violant: ut etiam postea Caluini in Belgio cognoscant. Hieron. T. 3. Epistol. 140. Amo is & odi in vobis esse semina. Et Epistol. 151 ad Algotium quæstio. 8. Naturalem legem inesse doctis nationibus, testimonium perhibente conscientia: quæ de malo & pere bonum testimonium ferre non potest. T. 4. §. in c. 24. Isaia fol. 90. Audiant Iudæi, qui se solos legem accepisse Domini gloriantur, quod vniuersæ primæ gentes, totusque orbis naturalem accepit legem. & idcirco postea lex data sit per Moysen, quia prima lex dispensata est. De qua apostolus loquitur: Cum enim gentes quæ non habent legem, naturæ alter ea quæ legi sunt iacunt: ipsi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. Qui igitur has leges obseruauerint, præmia consequuntur: qui autem neglexerint eas, sustinebunt quæ nunc sermo propheticus conuincitur.

Sunt igitur actiones moraliter & ciuilitate bonæ, & cum nulla circumstantia vitiantur, sine vilo peccato.

Et lib. 9. in cap. 29. Ezech. Mercede eos donari facitur. Caterum ex eo quod Nabuchodonosor mercedem accepit boni operis, intelligimus etiam Ethnicos, si quid boni fecerint, non absque mercede Dei iudicio præteriri. Vnde & per Hieremiam Nabuchodonosor columba Dei appellatur, eo quod aduersum populum peccatorem Dei seruerit voluntati. Et adducunt, inquit, seruum meum Nabuchodonosor. Ex quo perspicuum est, condemnari nos comparatione gentilium si illi lege faciant naturali, quæ nos etiam scripta negligimus.

Eadem est S. Augustini sententia. Qui licet negare vere bonum esse opus, quod est sine iustitiâ, ut per sit ad vitam æternam: imo vix bono sine fieri ab impiis bona opera existimet, tamen lib. de Spiritu & littera cap. 28. pronuntiat, posse quædam esse bona. Quæ

Adami Conzen in Euang. Tom. II.

vsque adeo in anima humana imago Dei detrita non est. ut nulla in ea velut lineamenta extrema remanserint; vnde merito dici potest, etiam in ipsa impietate vitæ suæ, facere aliqua legis, vel sapere. Nec multum abest Caluini sententia à Manichæismo, & Illyricismo, qui prorsus corruptam hominis substantiam per originale peccatum arbitrantur. Quæ de re multa Wigandus Lutheranus, alique. Illyricus vero substantiam, & malitiam Satanae eandem esse rem scribit, in collat. cum Wigando. Ita libri Spangenbergii, Petrei, Hondelini. Quæ cum omnia considerantur facile apparet, non minora incommoda à Caluinistis induci, cum peccato accedens, & rem corruptam appellant, quam cum substantiam dicunt Illyricani. Mundi igitur quæ hominum opera mala sunt, quæ ex malo mundi principio proueniunt, quæ malarum cupiditatum energia perficiuntur.

## VERSUS 8. & seq.

Vos ascendite ad diem festum hunc. ego non ascendo ad diem festum istum: quia meum tempus nondum impletum est, &c.

## QVÆSTIO I.

Cur dicat se non ascendere ad diem festum cum paulo post ascenderit?

§. 1. Occasionem blasphemie hoc ex loco arripuisse Porphyrium testis est Hieronymus lib. 2. contra Pelagian. Sequi enim alterutrum contendebat: Vel mendacem, vel inconstantem Dominum fuisse. Respondent nonnulli legendum esse & πῶ non dum, ita Chrysostomus, alii, codex Vaticanæ Bibliothecæ legunt. Hæc alii lectio non placet, cum quod causa objectionis non esset, tum quod fratres expectassent; respondit enim ita fratribus, ut existimarent non esse secuturum. Verum lectio lectio opponitur, & abuti Porphyrius corrupta lectione potuit, nec fratres iussi ascendere, inuito se comites non obtruderent. In quibusdam abest & γὰρ, in aliis τὰν τῶν, Syrus habet, non ascendo nunc. Cyrillus ait non ascendere, ut festum more aliorum agat, sed ut Iudæos moneat, & doceat. Alii non ascendo ad patiendum, alii non ascendo ad diem primum festum, qui primus festus erat. Alii non ascendo ut homo. Facillima expositio: non ascendo μεθ' ὑμῶν ut Chrysostomus ait, vobiscum, nec ad primum diem festum. Causa erat: ne magno comitatu calumniæ ansam daret, quasi affectaret regnum. Quamuis quidam prima die venisse existiment, idque esse festo mediante, circa meridiem; nam totus in eo erat, ut quasi in occulto veniret, & subito in templo appareret. Euntibus ergo fratribus mansit Syrus ὁ ἱαφασχ, quod nota marginalis interpretatur ἡ νόαχ, cum illi præcessissent secutus est, & ἡ νόαχ, inquit Chrysostomus. & ὁ παρὰ τῶν τῶν Ἰουδαίων. Non æquum erat ipsis exasstantibus, & exascentibus, incidere.

## VERSUS II. & seq.

Iudæi ergo quærebant eum in die festo, & dicebant, ubi est ille? Et murmur multus erat in turba de eo. Quidam enim dicebant, &c.



## QVÆSTIO I.

Quomodo doctrina eius non est eius?

§. 1. Mirantur eius doctrinam populi, eoq; magis quod scirent eum literas non didicisse.

Leontius, Theophylactus, Euthymius non ipsam doctrinam miratos existimant, sed ornamenta orationis, eruditionem, non enim credebant. Verum hac in causa opus est distinctione. Doctrina Christi duplex argumentum continebat. Articulus fidei, Scripturam sacram, clarè intelligenterque explicabat, ita ut mirarentur, & vera esse crederent, quæ ab ipso dicebantur. Alia quæ traditionibus, & superstitionibus eorum manifestè repugnabant, admirabantur tantummodo, quemadmodum & postea Stephanum admirati sunt, nec poterant spiritui resistere, qui in eo loquebatur, nec credebant tamen.

§. 2. Videtur paucis verba quasi contraria locutus. Mea, non mea. ut Augustinus & Chrysostomus loquuntur, & respondent. Quomodo non tua est, si tua? In confesso autem alio modo suam dicere, alio suam negare. Augustinus tract. 29. in Ioan. de filio inter. etatur, & mysterium Trinitatis indicari censet. p. 100. Si ergo intueamur diligenter quod ipse in exordio dicit. S. Evangelista. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: Independent huius solutio questionis. Quæ est doctrina Patris nisi verbum Patris? Ipse ergo Christus doctrina Patris si verbum Patris. Sed quia verbum non potest esse nullius, sed alicuius, & suam doctrinam dixit seipsum & non suam, quia Pater est verbum. Quid enim tam tuum, quam tu? Et quid tam non tuum quam tu, si alicuius est, quod es? Verbum ergo & Deus est, & doctrina stabilis verbum est, non sonabile per syllabas & volabile, sed manentis cum Patre, ad quam conuertamur manentem, sonis transcurrentibus admoniti.

Et paulò post Breuiter ergo dico charitati vestra: hoc videtur mihi dixisse Dominus IESVS Christus, Mea doctrina non est mea: ac si diceret, Ego non sum à meipso. Quamuis enim filium Patri dicamus & credamus æqualem, nec vltimam in eis esse naturam vel substantiam distantiam, nec inter generantem atq; generatum aliquod interfuisse temporis interval- lum, tamen hoc seruato & custodito ista dicimus quod ille Pater est, ille filius. Pater autem non est, si non habeat filium, & filius non est, si non habeat Patrem: sed tamen filius Deus de Patre, Pater autem Deus, sed non de filio. Pater filij, non Deus de filio, ille autem filius Patris, & Deus de Patre. Dominus enim Christus dicitur lumen ex lumine. Lumen ergo quod non ex lumine, & lumen a quale quod ex lumine, simul vnum lumen, non duo lumina. Si intelleximus, Deo gratias: si quis autem parum intellexit, fecit homo, quousq; potuit, cetera videat videret. Forissecus & operari possumus plantare & rigare, sed Dei est incrementum dare. Mea, inquit, doctrina, non est mea, sed illius qui misit me. Audiatur consilium, qui dicit, nondum intellexi. Magna quippe res & profunda cum fuisset dicta, vidit vtiq; ipse Dominus Christus hoc tam profundum non omnes intellectu- ros, & in consequenti dedit consilium. Intelligere vult: crede: Deus enim per Prophetam dixit: Nisi credideritis, non intel- ligetis.

Huius interpretationis causam interpretor, quod Ariani hūc locum ad diuinitatem Christi impugnandam usurpabant. Ita apud Ambrosij, de fide, c. 4. & l. 5. c. 3. & August. l. 1. de Trinit. c. 12. Nam illum negabant esse Deum, cuius doctrina non esset propria. Si enim Deus est, illius etiam lex est illius doctrina est. Quod totum facile soluitur, si doctrina est Patris, ut & filius est Patris.

§. 2. A'ia interpretatio loco præsentis est accommodata, nec quicquam pro causa Arianorum facit. Accusabant illi Christum, quod nonam à seipso, tanquā

Quadam  
credebant,  
quadam  
mirati  
sunt.

Doctrina  
Christi est  
& Patris.

Doctrina  
Patris est,  
ut filius est  
Patris.

planus, & impostor doctrinam confingeret. Ille ne-  
gar, doctrinam esse suam, à se tanquam homine inuen-  
tam, aut labore quaesitam, siue ab aliquo Philosopho  
seu Rabbino hauritam. Ideo nec ex Schola, sed à Deo  
progressam. Sed doctrina Patris est, quam Pater dedit,  
quam homo accepi, ideo & mea & Patris, sed non ea  
ratione mea, qua vos suspicamini, quali à me excogi-  
tata, sed ita mea, ut omnia Patris mea sunt. Sic enim  
loquitur v. 17. Si quis voluerit facere voluntatē Patris  
cognoscat de doctrina mea, an ex Deo sit. Et: Ego ex  
meipso non loquor. & v. 18. Qui à semetipso loquitur, gloriam  
propriam querit. Simili modo loqui assolent legati, po-  
stulata mea quæ profero, non sunt mea, sed mittentis.

## VERSVS 17.

Si quis voluerit voluntatem eius fa-  
cere: cognoscat de doctrina, utrum  
ex Deo sit, an ego à meipso loquar.

## QVÆSTIO I.

Quomodo volentes facere Patris voluntatem cognos-  
cunt de doctrina Christi?

§. 1. Initium quoddam credendi bona est volun-  
tas; cum enim fides obsecuta sit, & quæ creden-  
da proponuntur, non conuincant intellectu, ut atten-  
tius cogatur. Opus est prā voluntatis inclinatione, qua  
obsequi Deo velit, & credere. Grauem itaque con-  
net illa sententia Iudeorum reprehensionem. Disce-  
ptant inter se illi, bonum esse Christum quidam, alii  
malum & seductorem iudicabant. Plebs admiratur,  
Pharisæi oderunt, & inuident. Causa tanti mali, non  
est ex Christi doctrina, aut moribus, sed eorum im-  
probitate, qui doctrinam vitiis suis aduersantem exe-  
crabantur. Auerse erant eorum voluntates à Deo, a-  
lienæ ab honesto, cupiditatibus prauis affixæ, & lon-  
ga consuetudine adnatæ, & quasi coalitæ, sine graui  
sensu auelli, & in aliam partem torqueri non poterant.  
Hinc quasi Phrenetici in medicum insurgunt, & mo-  
nitorem obiurgant. Nec alia causa vlla est hodie,  
quod à Catholicis multi recedunt, alii agnoscetes  
veritatem non accedunt.

Ex seipso loqui, est propriam à se inuentam doctri-  
nam in medium producere. Syrus interpres veniendo  
expofuit; אָנֹכִי אֵלֶּיךָ מִן זֵרֵי בְּשֵׁרִי מִמֶּנִּי An ego de  
voluntate animæ meæ loquens?

§. 3. August. tract. 29. in Ioan. facere Dei voluntatē,  
ait esse credere, credere autem, esse credendo amare,  
credendo diligere. Quid est hoc, si quis voluerit voluntatē  
eius facere? Sed ego dixeram, si quis crediderit, & hoc consi-  
lium dederam, si non intellexisset, inquam, crede. Intellectus Credendi  
enim merces est fides. Ergo noli querere intelligere, ut credas, amaris  
sed crede ut intelligas: quoniam nisi credideris, non intelliges. fuit dō  
tu. Cum ergo ad possibilitatem intelligendi consilium dedit,  
rim obedientiam credendi, & dixerim Dominum IESVM  
Christum hoc ipsum adiunxisse, in consequenti sententia, inue-  
nimus eum dixisse: si quis voluerit voluntatem eius facere, co-  
gnoscat de doctrina eius. Quid est, cognoscat? Hoc est intelliget.  
Quid est autem, si quis voluerit voluntatem eius facere: hoc est  
credere. Sed quia cognoscat, hoc est intelliget, omnes in-  
telligunt. Quia verò quod ait, si quis voluerit volunta-  
tem eius facere, hoc pertinet ad credere, ut diligentius in-  
telligatur, opus est nobis ipso Domino nostro expofitore, ut  
inducet nobis vtrum reuera ad credere pertineat facere vo-  
luntatem Patris eius. Quis nesciat hoc esse facere volunta-  
tem DEI, operari opus eius: id est, quod illi placet? I-  
pse autem DOMINVS aperte alio loco dicit: Hoc est opus  
Dni,



Dei, ut credatis in eum quem ille misit. Ut credatis in eum, non ut credatis ei. Sed si creditis in eum, creditis ei. Non autem continuo qui credit ei, credit in eum: & Demones credebant ei & non credebant in eum. Rursum etiam de Apostolo ipsius possumus dicere: Credimus Paulo, sed non credimus in Paulum: Credimus Petro, sed non in Petrum. Credenti autem in eum, qui iustificat impium, deputatur fides eius ad iustitiam. Quid est ergo credere in eum? Credendo amare, credendo diligere, credendo in eum ire & eius membris incorporari. Ipsa est ergo fides, quam de nobis exigit Deus: & non inuenit quod exigit, nisi donauerit quod inueniat. Quae fides nisi quam definiuit alio loco Apostolus dicens: Neque circumcisio aliquid ualet, neque propitium, sed fides quae per dilectionem operatur: non qualisunque fides, sed fides quae per dilectionem operatur. Haec in te sit, & intelliges de doctrina Dei. Quid enim intelliges? Quia doctrina ista non est mea, sed eius qui misit me: id est, intelliges, quia Christus Dei filius, qui est doctrina Patris, non est ex seipso, sed est filius Patris.

Itaque dilectio apud Augustinum est, qua Dei voluntas, hoc est, lex impletur, non sola fiducia, quae sine dilectione non cognoscit de Dei doctrina. Cognitionem vero Augustinus intelligentiam interpretatur, haec enim fidem consequitur, fideles enim Deus illuminat, & ad res maximas intelligendas euehit. Potest etiam de fide accipi ut alii interpretantur. In quo enim sincera & pia est voluntas diuinis mandatis obtemperandi, in eo fides locum facile inuenit. Nam a uerba à Deo mens, non facile ad fidem accedit, & quamuis eam habuerit, facile recedit. Cyrillus lib. 4. cap. 43. Chrysost. hom. 48.

§. 3. Caluinus ad querendum hortatur, & vetat trepidare, & sic à discendi studio auerti. dictum enim esse: *pulsate & aperietur uobis*. Recite ille monet, si id quod discendum est, quo discendo salui facti sunt Patres nostri. Non autem querendo noua, quae sancti ignorauerunt, quibus curiosi pereunt; hic trepidare sanctum est, resiliere necessarium est, cum enim trita sit sanctorum ad caelos via dubitare nemo potest, errare se, qui nouum est commentus iter. Peruerso discendi, intelligendi praetextu hereses exortae sunt, hodieque nouae oriuntur. Nam ut de aliis taceam, dum semper posterius querunt, quid maiores recte, aut perpetam crediderint, quotannis fidem innouant, hinc tam multa Lutherianorum, & recens Caluinianorum sectae; nouitate enim sese commendare nituntur, qui ueritate non possunt. Omnes sane querant, sed qui nondum inuenerunt, qui tenet, non querit. Cedo, inquit Tertullianus de praescript. aduersus haereticos cap. 9. Nunc sponte de gradu istos: omnibus dictum sit, *Querite & inuenietis*: tamen & hic expetit sensus certa interpretatione gubernaculum. Nulla vox diuina ita dissoluta est & diffusa, ut uerba tantum defendantur, & ratio uerborum non constituatur. Sed imprimis hoc propono: vnum utique & certum aliquid institutum esse à Christo, quod credere omni modo debeant nationes, & idcirco querere, ut possint cum inuenerint credere. Vnius porro & certi instituti, infinita inquisitio non potest esse, querendum est donec inuenias, & credendum ubi inuenieris, & nihil amplius nisi custodiendum quod credidisti: dum hoc insuper credis, aliud non esse credendum, ideoque nec requirendum cum inueneris & credideris, quod ab eo institutum est, qui non aliud tibi mandat inquirendum, quam quod instituit. De hoc quidem si quis dubitat, constabit penes nos esse id quod à Christo institutum est. Interim ex fiducia probationis preuenio, admonens quosdam nihil esse querendum & lra quod crediderunt, id esse quod querere debuerunt: ne Querite & inuenietis, sine disciplina rationis interpretentur. Ratio autem dicti huius in tribus articulis consistit: In re, in tempore, in modo. In re, ut quid sit querendum consideres. In tempore, ut quando. In modo, ut quomodo. Igitur querendum est quod Christus instituit, utique quamdiu non inuenis, & utique, donec inuenias. Inuenisti autem cum credidisti, nam non credidisti.

Adami Conzen in Euang. Tom. II.

ses, si non inuenisses, sicut nec quaesisset, nisi ut inuenires. Ad hoc ergo queris ut inuenias, & ad hoc inuenies ut credas. Omnem probationem querendi, & inueniendi querendo fixisti, hunc tibi modum statuit fructus ipse querendi. Hanc tibi fossam determinauit ipse qui te non uult aliud querere, quam quod instituit, ideoque nec querere. Ceterum si quia alia tanta ab aliis sunt instituta, propterea in tantum querere debemus, in quantum possumus inuenire, semper quaremus & nunquam omnino credemus. Vbi enim eris sine querendi? Vbi statio credendi? ubi expunctio inueniendi? Apud Marcionem? sed & Valentinus proponit: Querite & inuenietis: Apud Valentinum? sed & Apelles hac me pronuntiatione pulsabit, & Hebion, & Simon, & omnes ex ordine non habent aliud, quo semibi insinuantes, me sibi adducant. Eritaque nusquam dum ubique conuenior: Querite & inuenietis: & uelint me sic esse nusquam, quasi qui nunquam apprehenderim illud quod Christus instituit, quod queri oportet, quod credi necesse est.

Contra eandem illam querendi curiositatem uide Fulgentium, aliosque. Haec si haeretici nostri considerarent, minus hoc loco lasciuirent.

§. 4. Minus excusari possunt, qui apud Lutherum, Caluinum, Mennonem, Zwenckfeldium, alios querunt, postquam id quo maiores vitam repererunt, sponte abdicauerunt, ut noua querendo ingenii gloriam sibi paterent. Quod si querendum est, certe apud eos, qui uos à maioribus hereditate acceptos olim fundos amiserunt, querere non oportet. Hostium nemo pulsatur ostia, à caeco monstrari uiam sibi, qui postulat, errare decreuit. Querere oportet in Scripturis; at non in Scripturarum uerbis est Euangelium, sed in sensu; non in superficie, sed medulla; non in sermonum foliis, sed radice rationis. Haec ergo querenda sunt ab Ecclesia, non ab haeticis, nec enim illi ab erroribus alterius sectae suos querere permittunt, sed à se dubitationem explicationem peti aequum iudicant, non mittunt ad Caluinistas Lutherani, sed libros eorum exurunt, aut sanè prohibent. Non enim ab extraneo & aduersario subsidia petenda sunt. Non datur in castris hostium donatium, nisi transfugae; qui autem transfugit, iam quaesuit. A maioribus ergo petenda sunt, à conciliis, martyribus, patribus.

§. 5. Interim uidemus passim uolitate haeticos & mutare sententiam, & in varia errorum uersura, ad ueritatem non accedere. Certe quicumque hodie haesitant, & dubitationem suam fouere malunt, quam legendo, vel audiendo serio inquirere ubi nam sit Dei ueritas, eos in generalibus principiis Deum secure cōtemnere uidemus. Dicit hic se pro mortuis orare non posse, quia ingenio suo diffusum, quod de purgatorio ab Apostolorum temporibus semper Christiani crediderunt, intelligere non possit. Ille negabit sibi tantum esse acuminis, ut inter puram Christi doctrinam, & hominum figmenta distinguere possit. Interim & hic scortari, & ille furari, peccare, mactare Catholicos, incendere Ecclesias, atque expilare non cessabit. Nam si uideris integros Caluinianorum exercitus, ex illis vix vllum inuenies, cui religio, quam ore tenus praetexit, cordi sit. Cur igitur tanto ardore, tanto furore sauiunt, cur nunc hoc nostro tempore mundum euertere satagunt. Vitiatorum illarum strages sunt, & ignorantiae affectata effecta. Illa etiam titubatio in Caluino fuit, quamuis enim vltima admonitione ad Westphalum, iuret recta se conscientia doctrinam suam tueri, nemo tamen illi credidit: respondente enim Lutherani sub grandibus illis iuramentis profundissima latere mendacia. Schlüsselfburgius de Theol.

Caluinist. p. 2. artic. 9. Quā uero eum Deus poenā affecerit, idem recenset.



## VERSUS 18.

*Qui à semetipso loquitur, gloriam propriam querit: qui autem querit gloriam eius qui misit eum, hic verax est, & iniustitia in illo non est.*

## QUESTIO I.

*Quomodo propriam gloriam querat, qui à seipso loquitur:*

§. 1. **N**ovo demonstrat argumento doctrinam suam non esse ab se ipso confictam, ac commentitiam, sed verè à Deo. Duplici modo argumentum proponit. Qui à semetipso loquitur propriam gloriam querit, ego Patris, non meam quero gloriam, à semetipso igitur non loquor. Deinde: Qui à quo missus est gloriam querit, is verax est, & in eo, Syrus *ܡܕܕܒܠܒܥܗ* be-  
lebech, in corde eius, iniustitia non est. Ego Patris à quo missus sum gloriam quero, in me igitur iniustitia non est. Non est argumentum moraliter tantummodo certum: sed omnino necessarium. Christus enim de illo loquitur, qui non missus à Deo, sed suae gloriae causa sponte currit. Qui enim vocationem sibi arrogat, ut

*Qui non est missus verè gloriam non querit.*

Core, & Abiron, Ozias, ut alii qui currebant, & non mittuntur, non querunt gloriam Dei, quem nisi tanquam suam contemnerent, nunquam contra eius legem publicè impudenterque peccarent. Qui autem eius gloriam, à quo missus est, querit, ille verax est.

Augustinus de Antichristo interpretatur, & certè in omnes eius praecursores convenit. Hoc erit ille, qui vocatur Antichristus extollens se (sicut Apostolus ait,) supra omne quod dicitur Deus, & colitur. Ipse quippe annuncians Dominus gloriam suam quæsiturum, non gloriam Patris, ait ad Iudas: Ego veni in nomine Patris mei. & non suscepisti me: alius veniet in nomine suo, & hunc suscipietis, significavit eos Antichristum suscepturos, qui gloriam nominis sui quæsiturum est: inflatus, non solidus, & ideo non stabilis sed vicius, ruinosus. Dominus autem noster Iesus Christus magnum exemplum nobis praeiit humilitatis nempe aequalis est Patri nempe in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.

Christus certe gloriam non suam, aut potentiam, sed Patris, & hominum deinde salutem quæsiuit.

§. 2. Musculus autem occasionem querit Romanam sedem calumniandi. Doctrina Papæ, inquit, de primatu sedis Romanae, & superiorem super omnes reges terrarum suam querit gloriam: non est igitur ex Deo.

*Honor Romanæ sedis, est gloria Dei.*

Respondet. Doctrinam Papæ non querere propriam gloriam, sed Dei; nam primatus Romanæ sedis ad Dei, non Papæ gloriam pertinet, quemadmodum primatus Petri, ad Christi gloriam manifestandam, Evangelii per aedicationem propagandam institutus est à Christo, cui qui repugnat diuinæ institutioni, non hominis ambitioni resistit. Aa: omnis sacerdotio sine rebellionis crimine nemo se opposuit, par est Christiani sacerdotii dignitas, id negare non debet, qui Deo fidus est, legatus auctoritas, honor est mittentis. Cyprianus, Athanasius, Chrysostomus, alii viri sancti, Episcopi opatus honorem etiam in periculo tutati sunt, non cupiditate honoris, quem fugerunt, sed necessitate vocationis, & missionis, ut Domino suo fideles essent. Propheta, & Apostoli in persecutione, & contumelia læti: Apostolatus sui auctoritatem sanguine sanxerunt. Ipse Dominus sanctissimus diuini honoris zelator, gravissimis verbis, in rabulis factis hunc sibi honorem haberi voluit, ut filius Dei, Saluator mundi, ab omnibus crederetur, hoc enim hominum salutem est necessarium, ut Messias esse credatur, & ut Messias honoretur. Hunc honorem non repudiatur, sed cum mo-

destia summa colligit. Itaque & servi Dei, Evangelii praedicatores honorem officio necessarium, gloriae diuinae ad ministrum hominum salutem opportunum fugere non debent, hic locum habet illud: Qui famam negligit, crudelis est.

Si quis igitur Pontificum iura, sedis suae custodit, laudandus, si negligit, culpandus est. Si neglecta Ecclesia, cui praesidet, honori suo, commodisque, consilium conetur, audet à summo pastore illud: *Vapastoribus, qui pascunt semetipsos, & non si penitentiam egerit, damnabitur.* Quod Pontifici impingunt, ipsi faciunt haeretici, quos alia vitia quidem Ecclesia pepulerunt, sed inter ea primatum tenuit appetitus laudis, quo etiam in hereticis detinentur. de Lutheri multi docuerunt: notum est illud N. o Georgi ad Gallum.

*Non celestis eo indicis Magistri  
Temet discipulum esse, sed Lutheri,  
Qui cum plurima scripserit per iram,  
Carnalem per & emulationem,  
Ne succumbere videretur vili.*

*Ambitio  
Lutheri.*

Hoc in doctoribus suis obferuauit Paulus Eberus, in praefat. Epist. ad Philipp. Docentes, ait, ambitione, emulatione, curiositate doctrinam corrumpere.

§. 3. Pergit idem Musculus contra fidem Catholicam arguere. [Licet etiam hoc canone inter diuinas de scripturis contentiones, & interpretationes iudicare, de merito de mercede operum, de libero arbitrio, &c. Nam ea doctrina, quæ plus gloriam Dei quærit, & humanis viribus detrahit, præ alia acceptanda est. Maior autem Dei gloria est, si agnoscamus Deum non esse auarum querendam fœneratoris, qui nihil tribuat, nisi pretio & meritis, sed potius libere alem Oeconomum, qui omnia sua bona gratis exponat. Adeoque maior Dei celebritas est, si confiteamur vires nostras nullas, sicut reuera nullæ sunt, sed solum Deum in nobis operari velle & perficere. Philip. 2. 12. *libet & Paulus, ut Prophetia, id est, scriptura interpretatio proficitur ex analogia, & proportionem fidei. Rom. 12. 6. Itaque si diuersas scripturas ad regulam fidei exigas, haud difficile erit inter ipsas doctrinas discernere.]*

Respondet. Multis modis canonem perturbat Musculus. Quamuis enim id itatur. Eam doctrinam quæ plus gloriam Dei quærit, esse acceptandam, non tamen continuo manifestum euadit, unde maior Dei gloria accedat. Non enim ea maior Dei gloria censetur, quam quisque maiorem imaginatur, sed quæ se velle Deus reuelauit. Maior Dei gloria videtur, si eum plurimas mundorum Myriadas creasse dicamus, si corpus Christi ubique esse cum ubique sit fingatur, non ideo tamen illa dicenda sunt, sed cogitationes, iudiciaque ad vnicam veritatis reuelationem normam respicere oportet.

Deinde doctrina quæ Deum auarum, fœneratoris fingit, blasphemia est. Non enim ille auarus esse potest: cuius omnia sunt, ut nihil non illi esse possit, cui mundorum infinita multitudo nihil molimenti conferre possit. Quin & illa doctrina blasphemia est, si quis Deum aliquid dare homini sine merito affirmet, omnia enim per Christum donat. Omnia beneficia non collata, sunt merita redemptionis. Denique multa Deum sine meritis dare propriis confitemur; nam primam gratiam, auxiliumque sine meritis, & paruulis etiam vigiliam donat.

§. 4. At vero doctrina quæ merita, mercedem, liberum arbitrium asserit, Dei magis gloriam quærit, quam illa, quæ illa negat. Nam cum scriptura toties contestetur Deum mercedem dare secundum opera, qui id negat ita Dei liberalitatem præcat, ut veritatem neget, ideo nec liberalem Deum facit, quem comminatur fallacem. Deinde merces data operi ex gratia facit liberalem Deum ostendit, ut qui non modo salutem donet, sed etiam merita; nam merita nostra Dei sunt dona.



## VERSUS 19.

*Nonne Moyses dedit vobis legem:  
& nemo ex vobis facit legem. Quid  
me queritis interficere?*

## QUESTIO I.

*An nemo seruavit legem?*

§. 1. **G**RÆCUS habet *οὐδὲν νόμον*. Syrus *ἡ νόμος* natus, seruans, non esse verum amoris Dei zelum probat, quo ipsum persequuntur, quod ipsi legem non seruant. Legem vel vniuersæ pro toto systemate mandatorum accipere possumus, vel singularim de certa aliqua legis parte. Idque dupliciter: vel enim de lege illa agitur quæ verat eadē innocentis, vel de lege circumcisionis. Auditores, quos contra disputat, legem non seruabant. Non vniuersæ acceptam; Charitatem enim violabant, dum interficere innocentem conantur, à qua vniuersa lex pendet & propheta. Nec obstat, quod non omnes eum quærent interficere. Non enim de omnibus absolute pronuntiat, Nemo seruat legem, sed nemo ex vobis, qui scilicet me queritis interficere, accommodat enim hæc accipienda sunt. Legem igitur violant charitatis & iustitiæ, & specialiter quintū præceptum, iusto insidiantes & in eadē quærentes. Nec opus erat legem proferre; nota enim erat omnibus, etiam rudissimo cuique. Innocentiam vero suam probat. Quod eius à quo missus fuerat gloriam quæret, à semetipso non loqueretur, ideo verax esset, nec in ipso esset iniustitia.

*Legem iur-  
dei non ser-  
uant.*

§. 2. Videtur tamen etiam agi de violatione legis quæ de sabbatho lata erat, non vera illa quidem transgressione; sed quæ ex peruersa & inuida eorum sequeretur interpretatione. Hoc ex v. 25. conuincitur: Indignabantur Christo, quod sabbatho curasset paralyticum, eoq; facto diem sanctum prophanasset; obicit illis ipse hand minus in speciem crimen; eos tantos sabbathi cultores, sabbatho hominum circumcidendo sanctum diem violare. Quod si exciperent, non omne opus sabbato prohibitum, promptum erat Christo inferre, etiam sanationem illam licitam esse cum verbo hominem totum sanum faceret. Ex eo igitur quod necessaria concedebant, inferunt quod negabant, nemo enim eorum in eo sabbatum seruabat, vt non circumcideret sabbatho.

§. 2. Calvinus hinc concludit, suos non recte à Catholicis reprehendi, qui nec ipsi legem seruarent. [Ita & hodie Papa, Episcopi, Abbates, Monachi, & similes exarabulæ, extrahendi sunt è suis larebris, quoti s Deum, & sanam doctrinam oppugnantes pio se hoc affectu agere simulant. Nam si eorum vita excutatur, omnes ex turpibus vitiis cooperiti palam Deo illudunt.]

Respondeo. Nec Deum, nec sanam doctrinam illos oppugnare. Nec omnes turpibus flagitiis cooperitos esse; nec enim omnes nouit Calvinus, nec multos, iudicium enim hoc temerarium est: quale Iudeorum de Christo, quale gentiū de Christianis, quos impios, & homicidas nominabant, probare ne conabantur quidē. Quod si nonnulli prælati suis vitiis indulgent, si legem Dei violare sibi permittunt, habebunt iudicium illi suum, & potentes potenter tormenta patientur, non solum quia male viuunt, sed etiam qui exemplo subditos ad exitum rapiunt, & errantes hæreticos in obstinatione sua confirmant, apostasiam enim occasionem dederunt cleri & prælatorum vitia, & eandem fouent, dum in illis permanent.

*Vitia Ca-  
tholicorum  
causa hære-  
ticon.*

§. 3. Non ideo tamen hæresibus obistere non debent, quod sint ipsi peccatores, vii nec magistratus remittere vigorem iustitiæ solet, etsi ipse sit vitiosus.

Gg 4 Nec

bona. Imo ex promissione donat, vires etiam bene operandi quas nullas inuenit, restituit, nec modo liberat vinculi, & carcere, sed etiam nobis, vt gratia cooperemur voluntatem, vigoremque subministrat. Quæ omnia gloriam redemptoris mirum in modum ostendunt. Nam qui homines quasi truncos esse imaginantur, qui cooperari gratia non possunt, & fatali necessitati cuncta adscribunt, potentiæ diuinæ detrahunt, quasi creaturarum cooperatione vii non possit. Quilibet arbitrium negant, nec præmia, nec poenās à Deo iuste venire posse necesse est, vt dicant. Quomodo gloriam Dei ille querit, qui ne bene homines operentur, stipites esse mauult, quam liberos? Imo ne mercedem operum sperare videantur, opera ipsa detestantur. Ita Iacobus Andreas concion. 4. ad ci. Lucæ. [Altera pars, & turba Germanorum suum quidem locum verbo Dei, vt prædicetur, tribuit, nulla vero sentitur illis morū emendatio, sed horrida, epicuræ, bestialis eorum vita cernitur in conuersationibus, comportationibus, cupiditatibus, pompis, & diuini nominis prophetationibus siue blasphemis. Quia in parte volunt aquæ libere, & impune peccare, sicut Papistæ in sua idololatriâ. Mandat serio Deus in verbo suo, & à suis Christianis requirit seriam & Christianā disciplinam; Hæc vero apud nos nouus Papatus, nouusq; monachismus existimatur. Si enim inquit: Didicimus modo per solam fidem in Christum saluari, qui sua morte pro peccatis omnibus satisfecit: nos vero satisfacere non possumus nostris ieiuniis, elemosynis, precationibus, ac aliis operibus: Quamobrem siue, & permitte, vt huiusmodi opera missa faciamus, cum per Christum alioquin saluari possimus, & solum gratia Dei, Christi que meritis nitamur.]

Atque vt totus mundus agnoscat eos non esse Papistas, nec bonis operibus quicquam fidere, illorum etiam operum, nullam penitus exerceant. Ieiunij loco commellationibus, & perportationibus nocte dieque vacant. Vbi pauperibus benigne facere oportebat, eos deglubunt, & excoquant. Precationes vertunt in iuramenta, blasphemias, & diuini nominis execrationes, & idque tam perdicere, vt Christus ne ab ipsis quidem Turcis hodie tantopere blasphemetur.

Denum pro humilitate passim regnat apud illos superbia, fastus, elatio, luxuria vestium, quæ aut sumptuosissime, aut etiam stultissime sunt elaboratæ.]

Quomodo igitur tales Dei gloriam querunt, qui nullum opus exercent, quod Deus imperauit? Qui nitamur faciant legem Dei, vt suas cupiditates stabiliant. Et in his tamen se gloriantur se iustos, pios, prædestinatos? Quomodo illa doctrina gloriam Dei querit, ex qua tanta numinis contumelia sequitur.

Quin eo vique Calviniani deuenerunt, vt omni operi bono inferos debere doceant, omne opus bonum peccatū dicunt mortale esse. Imo negant posse mandata Dei seruari. Nam Christo mandanti, vt legem seruent, intrepide respondent, non posse. Si quis diligit me, inquit, sermonem meum seruabit. Sermonem Dei querit. Sermonem Dei querit. Dicit Christus qui gloriam Dei querit. Respondet hæreticus, qui suam querit.

§. 5. S. Augustinus ex his Sabellianum refutat, plures enim personas esse demonstrat. Sabelliani enim dicere ausi sunt, ipsum esse filium qui est & pater: duo esse nomina sed vnam rem. Si duo essent nomina & res vna, non diceretur, mea doctrina non est mea. Vtiq; si tua doctrina non est tua à Domino curus est, nisi alius sit cuius sit? Quod dixisti Sabellianum non intelligunt, non enim Trinitatem vident, sed sui cordis errorem secuti sunt: nos cultores trinitatis & vnitatis, patris & filij & Spiritus S. & vnius Dei, intelligamus de doctrina Christi, quomodo non est eius, & ideo dixi se non à seipso loqui: quoniam Christus patris est filius: & pater Christi est pater: & filius de Deo patre, Deus est: pater autem Deus, non de filio Deus est.



Nec excusari hæretici possunt, quod scandalizati à veritate defecerunt: Nemo enim alieno malo, sed sua quisque innocentia tutus est, & commendabilis Deo efficitur. Nec magnopere laborandum ut è læbris extrahantur Catholici: sed ut compescantur hæretici, qui peccatum suum ut Sodoma prædicant. Nam dum nullum Dei præceptum servare se posse profitentur, omnium se reos agnoscunt, hoc solo se felices iactant, quod nihil illis imputeretur. Testimonia apud Lutherum in postill. domestica, Dominica prima aduentus, in Epist. ad Galat. cap. 1. & cap. 5. Philipp. in 6. Matth. aliosque, multa sunt, & vera.

## VERSUS 20.

*Respondit turba, & dixit: Dæmoniū habes: quis te querit interficere?*

## QVÆSTIO I.

*Cur dæmonium habere dicant?*

§. 1. Syrus dæmonium appellat *δαίμων* dæmonium, inquit, est tibi. Dæmonium habere duobus modis intelligi potest; vel ut vere dicant à dæmone obsessum; vel ut hominum improbitum ritu calumniari, & quasi diabolico spiritu innocentes criminari significant. Priori modo dæmoniū habere videntur dicere, tū quod miracula dæmonum efficacia tribuerent, tum quod suas cogitationes & occulta colloquia dæmoniū obsequiis illi patefacta putarent. Commune autem in homines improbitum iactatum conuictum est, ut dæmonem habere dicerentur. Et apud Ethnicos admirantis, & magni facientis est, unde frequens illa compellatio apud Homerum *δαίμονε*.

Magnā impudentiā ut observavit Chrysostomus negant, cum ira & contumelia inficiantur, quod animo negare nequaquam potuerunt. Non est enim responsio simplicis populi, consilia principum ignorantis; Ea enim palam iactabantur, v. 25. & ipsi apostoli non ignorabant. Quin Christus illos ipsos sceleris arguit. Nam interficere velle dicit, quos legem servasse negarat; lex enim non manum duntaxat, sed mentem etiam à cæde cohibet.

## VERSUS 21. &amp; seq.

*Respondit Iesus, & dixit eis, unum opus feci: & omnes miramini, &c.*

## QVÆSTIO I.

*Quomodo se Christus excusat?*

§. 1. V Num opus à se factum esse ait, id omnes mirari, nempe condemnantes, in quo tamen diuinam potentiam, & bonitatem considerare oportuit. Murmur igitur compescendum fuit, & legitime res iudicanda. De salute animæ & corporis loquitur, licet illi de sola corporis sanitate acciperent. Nec eo tamen opere violatū esse sabbatum demonstrat. Nam Moses, inquit, dedit vobis legem, quæ tamen non habet ortum ex Mose, sed ex patribus, vos sabbato hominem circumciditis, & tamen contra legem vos facere non creditis? cur igitur non ego verbo vno hominem saluum facere sabbato potui? In circumcissione plus operæ, & sollicitudinis erat, vulnerabatur infantulus, obligabatur vultus, domum referebatur. Nihil tale Dominus operatur, tantum surgere imperat. Si igitur maius opus, minore bono, Moses fieri sabbato permittit, cur non opus in quo minus est laboris, plus e molumenti, mihi permittitur sabbato? itaque nolite *etiam* secundum aspectum, iudicare. Moſen magni

facitis, & circumcissionem sabbato imperantem auditis, signaculum salutis carni imprimentem negatis violare sabbatum, at ego ipsam salutem confero. Certe manducatis & bibitis sabbato, nec violari sabbatum putatis, & cur manducatis & bibitis? nonne ut satietatem tueamini, famis & sitis molestiam expellatis? Quid igitur si vnicuique verbo famem vestram, & sitim tollam sabbato, an verbi prolatio sanando sabbatum violat cibum ingestio, non violati? Si Moses igitur tam sincerus sabbati custos circumcissionem sabbato sanctam pronunciat, non debet sanandi beneficentia sabbato negari; nam ut cibum & potum, ita medicinas etiam sabbato, vulne umque, & vlcus curationes, quamvis operosas admittant. De iudicandi rectitudine quod monet ad Deut. 1. 16. alludit.

§. 2. Lectio v. 22. Varia est: Nam propterea *ἵνα*, Euthymius omittit, alij inchoatiuum putant, alij ad superioris versus finem referunt, ut Theophyl. Maldonatus, ut sensus sit, & omnes miramini propterea; sed fere exemplaria repugnant, & correctæ editio Romana commune in distinctionem retinet. Sensus itaque est. Propterea dedit vobis Moses circumcissionem, bene factam est ut circumcissionem acciperetis à Mose, non quia ex Mose est, sed ex patribus. Ideo enim lex Mosaitica retinuit, quia præcepta patribus fuerat, causam igitur adfert, cur eam Moses dederit; & cam exercetis sabbato, ut non solvatur lex Moſi, de sabbato celebrando, & circumcissione die octauo perficienda. Ita Augustinus.

§. 3. Musculus & Marloratus mira insolentia sibi suisque, & populo de doctrina iudicium arrogat. [Notandum vero est, inquit Musculus & Marloratus, Quod non dicit: Nolite simpliciter de meo facto iudicare, sum enim Dominus omnium, nec cuiusquam iudicio subiectus: sed nolite secundum aspectum iudicare, sed iusto iudicio iudicare. Quibus verbis non recusat, quo minus de operibus suis iudicetur. Sed hoc exigit ut iuste ab illis iudicetur. Quæ est ergo insolentia illa Romani Pontificis, quæ non cum Christo, cuius se tamen vicariū esse gloriatur, dicit. Nolite iudicare secundum aspectum de factis meis, sed simpliciter: nolite prorsus de me, & factis meis iudicare.] Hæc illi magna acerbiter, ut Pontifici odiū conferunt.

Respondeo. Christum nequaquam homicidarum iudicio doctrinam suam permittere, abire, ut veritas summa mendax iudicium subeat. Nō tamen hoc exigit illis verbis ne iudicent, sed id quod naturali lege omnibus insitum erat, ne ex favore, ira, odio, sed meritis causæ iudicarent. Vtimur illa exceptione cum per tyrannos ad iudices trahimur, qui ius in nos non habent ullū, ut ne præcipitent, sed causam cognoscant. Peccabant illi de facto Christi iudicando, & præcipiti furore damnando: Iniqui iudicij reos Christus peragit, quod negare nemo poterat; Quod iudicarent, quem adorare debebant, id dissimulat; ne novæ contentionis occasio oriretur. Nec tamen ideo Deus homines sibi iudices constituit. Facta Dei, dicta scripturæ probanda sunt, non iudicanda: orandum, d. scem. dum, audiendum est, ut intelligantur, nunquam autem ad humanū tribunal maiestas illa vocanda est: imple itaq; Musculus iudicat. Populo iudicij de sua doctrina permissum: Cum Paulus Apostolus se ius Christi, ne angelos quidem iudices admittat, quod Evangelium ipse suum non ab illo homine didicerit, se à Deo.

Nec est insolentia pontificis, qui de factis suis iudicari nolit. Nam & facta sua cenſeri patitur, & coram suo spiritali iudice se frequenter acculat, ipse enim homo est, & circumdatus infirmitate. Non tamen iudicatur ab homine tanquam legitimo iudice, & superiore, quia nullum habet. Peccant, & reges, & absolutarum Rerum publicarum præſides. Non tamen ad homi-



hominis alicuius tribunal citantur, quia iudicem non habent. Non mirum igitur Pontificem exemptum, cum etiam Christus exemptus fuerit, & Petrus, & omnes principes, qui non agnoscunt Dominum maiorem. De regibus non modo, sed etiam de tyrannis ita sentiunt haeretici. Nempe non posse eos eici. Hadrianus Saravia lib. 2. cap. 48. de auctoritate imperandi. Quem librum qui legerit, non mirabitur pontificem populi iudicio a nobis non subijci.

Idem Saravia lib. 2. 45. docet diuina auctoritate & doctrina apostolica Christianos quosvis cuiuscunque sint gradus aut ordinis, tyrannicis potestatibus parere. Ego de hac re non disputo: Hoc solum moneo, non esse regibus iudicem datum, ideo nec iud. cari a subditis, & parem esse causam summi sacerdotis.

§. 4. Doctrina Pontificis publice ex auctoritate definitis iudicari a priuatis non debet. Non enim dignus est index praeceptoris, nec subditus principis. Solide hanc sententiam noster Adamus Tannerus in Colloquio Ratisbonensi demonstrauit, Sess. 9. 4. Decemb. Si in omni Republica bene ordinata aliquis alius iudex, praeter scriptam legem requiritur, tunc in Ecclesia vix potest esse ordinata, alius etiam iudex praeter scripturam, seu legem scriptam admitti, & assignari debet. Verum est primum illud antecedens, ergo & posterius seu consequens.

Nam si in dubio (vt breuiter & neuose in relatione compendiarie dicitur) non tenemur stare iudicio & sententiae summi magistratus; sequitur profecto nulla re penitus maiorem seu meliorem in iudicando potestatem esse magistratus, quam subditorum, vix potest cum hac quidem sententia & subditi sui magistratus sententiae stare non debeant, nisi quando manifeste sciunt, eam ab omni errore alienam esse, & ipse magistratus acquiescere vix, debeat sententia subditorum, quando nonit eam esse veritatem & rationi consentaneam.

Imo vltius sequitur, magistratus potestatem in iudicando nullam esse, vel enim res liquida est, vel dubia: si liquida est, iam non opus est auctoritate iudicis, quem nemo consulit nisi in dubio. Si dubia est; tunc quia isti mirabiles Ethici dicunt, non esse standum iudicis sententiae, nullum quoc, locum habebit auctoritas iudicis. Itaq, praedicantes isti, dum suam illam sententiam de scriptura iudice perinacuer tuerent, omnem omnino iudicandi auctoritatem magistratibus adimunt, digni, qui omni omnino iudicandi auctoritate exuti in ordine redigantur.

Quamuis plus illi suis praedicantibus tribuunt. [Ex hac igitur thesi, inquit Humius, apparet, quod in regno Christi, praeter scripturam constituatur alius iudex, nimirum Deus immortalis, qui solus est, & vnus legislator in Ecclesia. Itaque quando exoritur con-  
trouersia, tum sane scriptura, quo ad litteram non audit, at Deus loquens in scripturis audit, & mediante ministerio verbi sui, per fideles interpretes, examinat, & cognoscit controuersias. Secundo explicat ex ipsa scriptura, Tertio d. finit, & sententiam fert. Atque ita deinde per pium magistratum, suo modo homines possunt adigi, ad audiendum verbum, & ad obtemperandum, adeo vt non opus sit vnum constituere iudicem vniuersalem, qui solus definiendi potestatem sibi vindict. Quandoquidem donum interpretandi Deus in Ecclesia, non confert vni alicui.]

Et deinde, ministerio tribuunt iudicium interpretationis, magistratui piorum decretorum. Quo tandem vltimo ad hominum iudicia venit, omniaque resoluntur, quod si minister iam cum magistratu erraret, populum in errorem ducent, neque negant iudice opus esse, sed eum fallibilem esse asserunt. Et posse a populo iudicari, quod quam titubandum, etiam inde patet, quod populus ipse non modo errare potest, sed etiam solet. Et iudex sui magistratus constituitur, vt regat aurigam currus. Denique quis mihi sponsor donum interpretationis eum habere, qui scripturam explicat?

## VERSUS 27. &amp; seqq.

*Sed hunc scimus unde sit: Christus autem cum venerit, nemo scit unde sit, &c.*

## QUESTIO I.

*An nouerint Christum unde fuerit?*

§. 1. Mirantur Ierosolymitae Christo palam per-  
mitti docendi libertatem, quoniam non ignorabant, quanto furore *ἀρχοντες* principes, seu vt Syrus habet קאשׁיטין Kaschischin, eum ad mortem quærent. Dubitare itaque incipiunt an forte principes eum pro Messia agnoscant, cur autem id facere non debeant, causam adferunt: quod natales Messiae nemo cogniturus, huius patrem & matrem norint. Qua de re quaestionem omnes proponunt. Nam Messiam ex Bethlehem oriturum non sciebant modo, sed etiam Herodi praedixerunt.

Chrysostomus & Theophylactus nesciri de diuina generatione, cognosci de humana originem. Augustinus eodem modo. Nam cum propheta vtrumque praedixerint de ortu ex ciuitate David. Et generationem eius quis enarrabit, vtraque opinio inualuit.

Quidam hos qui nesciri dicunt, ab illis diuersas esse. Hos imperitos, illos doctos fuisse. Verum ita in vulgus notum erat varicinium de Bethlehem & progenie David, vt nec imperitissimis Iudaeorum ignotum fuerit. Nam & in natiuitate eius varia contigerant, & rem Herodes palam fecerat, occidendo infantes & pueros in Bethlehem, & in omnibus finibus eius, nec deerant, quorum filij, aut fratres cognatique trucidati erant. Itaque de ea re neminem dubitasse credidero. At ignorare potuerunt eum in Bethlehem natum, aut cogitare occisum interpretos Messiam. Verum ne sic quidem excusari possunt. Nam publice constabat Mariam praegnantem iussu Bethlehemum, & solucam partu redisse Nazarethum, deinde iterum fugisse & rediisse, omnibus constabat esse de Bethlehem, & ex tabulis census cognoscere potuerunt, omnes certe eum filium David appellant priuatim & publice. Itaq, laborabant principes, vt hoc indicium supprimerent.

Chrysostomus malitia ita locutos esse existimat: *Malitia erat, quod dicitur ἀρχοντες τὸ ἀποδεχόμενα, διὰ τὸ κακίαν καὶ πονηρίαν ἔχοντες.* Neque ignorantia hoc delictum, sed malitia, & peruersa mentis. Et *ἴσμεν* fuisse τῶν μεθόντων, verba ebriosorum. Eodem modo Chrysostomum secutus Euthymius.

Credebant ergo Christum de domo David, de castello Bethlehem fore, sed quia omnia in illo humilia & abiecta videbant, audierantq; egressum eius fore a diebus aeternitatis, generationem eius non posse enarrari, omisso priore, ex scripturis sibi aliud argumentum conficiunt, ne credant esse Messiam, cuius parentes ipsi norunt.

§. 2. Versu 28. *Et me nescitis, & unde sim nescitis*, ironice dictum putant nonnulli. Quibus idcirco non consentio, quod serio res agitur, & quæ coniuncta sunt verba ironiam non admittunt. Verus igitur sensus est. Scitis me non modo, illa qua scire vos profitemini, ratione; esse filium Iosephi & Mariae, sed etiam alio modo me esse Messiam scitis, hoc est, conscientia conuicti iudicatis tot testimonij, & miracula id probant, sed malitia cæcati nosse vos dissimulatis, a Deo enim venisse me, opera demonstrant. Non enim a meipso veni, sola scilicet humana voluntate. Syrus vt supra, non veni מן צדק ופשי men tze-bush naphschi, ex voluntate animi mei, vt supra etiam notauit.

§. 3. Τεκ-



*Pater & filius* 9. 3. Tertullianus contra Praxeam c. 22. probat patrem & filium distingui, negat enim se à seipso venisse, affirmat à patre venisse. Eodem modo, & Athanasius contra gregales Sabellij. *ὁ ὢ ἀπίστος ὁ ῥηγάριος*, ἀλλὰ τοῖς τοῖς αὐτοῖς, ἐγὼ δὲ ἐν τῷ μόνῳ ἐνναυ περὶ τοῦ νομίζε, δύο ὃ ὄντα ἔχοντες ἀλλήλων, ἀγνοοῖς τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱόν. τίς οὖν σοι περὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν διδασκαλίαν ἐστὶν κοινωμία; πῶς ὃ τὰς δὲ δεσποτὰς δέξῃ φωνὰς; ἐγὼ φησὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί. Non genitor alienum dissimilemque de se genuit, sed sibi consimilem. Si igitur unum existimas, cum reuera duo sint, pater & filius, quæ tibi cum Ecclesiastica doctrina communio superest: quomodo voces Domini excipies? Ego & pater, inquit, unum sumus.

His cum dicit, ego & pater duas personas, cum vero unum dicit, substantiam individuum credere nos iubet. Cum iterum dicit, Sumus, pluralitatem personarum significat.

Augustinus de generatione æterna etiam interpretatus est Tract. 31. Magnifice utrumque monstravit. Ab ipso, inquit, sum, quia filius de patre, & quidquid est filius, de illo est, cuius est filius. Ideo Dominum Iesum dicimus Deum de Deo, patrem non dicimus Deum de Deo, sed tantum Deum: & dicimus Dominum Iesum lumen de lumine, patrem non dicimus lumen de lumine, sed tantum lumen, ad hoc ergo pertinet quod dixit, Ab ipso sum, Quod autem videtis me in carne, ipse me misit. Vbi audis, Ipse me misit, noli intelligere naturæ dissimilitudinem, sed generantis auctoritatem. Quod etiam annotavit inter cæteros Cyrillus.

Quod in quibusdam additur exemplaribus & si dixero &c. ex c. 8. translatus est.

#### VERSUS 30. 31.

*Quarebant ergo eum apprehendere: & nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora eius. De turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant, Christus cum venerit, nunquid plura signa faciet, quàm quæ hic facit?*

#### QUESTIO I.

*Verène crediderunt in illum?*

§. 1. *M*itos de turba in eum credidisse Evangelista testatur multitudine miraculorum motorum. Christum enim negant *ἀποκρίσσειν*, plura facturum, quàm hic faciat. Calvinus veram eos fidem habuisse negat. Credendi verbum improprie sumi ait, nec aliud significari, quàm eos se de Ies. Christo audito, es præbere. Exiguam fuisse boni affectus scintillam, eamque tam honorifico titulo Deum dignari.

At nulla causa est, cur turbam credidisse negemus, cum id Evangelista confirmet, nec enim unquam in Evangelio dicuntur credidisse, qui non vere proprieque crediderunt. Quod si hoc modo verba scripturæ torquenda sunt, nihil certi habebimus. Multi crediderunt in eum. Hoc est, audire eum voluerunt, non proprie crediderunt. Quasi vero credentes in eum non opponantur infidelibus, ut hic, ita aliis scripturæ locis. Augustinus de vera interpretatur fide. Humiles, inquit, faciebat Dominus, principes insaniebant, & ideo medicum non solum non agnoscebant, sed etiam occidere cupiebant. Erat quadam turba quæ suam aggritudinem cito vidit, & illius medicinam sine dilatione cognoscebat. Videte quid sibi dixerit turba ipsa commota miraculis: Nunquid Christus cum venerit plura signa facturum est? Vtique si duo non erunt, hic est, crediderunt ergo in eum dicentes ista.

Nec modo Augustinus & alij interpretes ac patres:

sed hæretici etiam de vera fide accipiunt. Bullingerus vocat pios & simplices, qui Evangelio ex dunt hoc Caluini loco. Bucerus ait Christum agnouisse, nihil offensos *ἰσχυροῦς* humilitate vel generis, vel conuersationis. Contra eundem Caluinum etiam Musculus insurgit. [Hic videmus, inquit, vnam & eandem veritatem prædicationem, simplicioribus ad instructionem prodelle, reliquis vero materiam contradictionis generare. Item fuerunt ob eam omnium oculis signa & miracula, ex quorum aspectu, & accurata consideratione lecti in ipsum crediderunt.] Reprobi autem ut Bucerus falso ait, nihil in Christo, nisi humilia, & abiecta, quibus offenderentur, videre potuerunt. Vnanimis igitur illi Caluinum oppugnant.

§. 2. His auditis Pharisei & Sadducei mitterunt, ut apprehenderent eum, prætextu seditionis scilicet, quod de eo alter carentur, sed reuera quod invidia & furore magis irritarentur, quo magis Christi se gloria exerebat. Se enim negligi, ad Christum accurrere vndique cæteris videbant. Neque alias causas habere sue persecutionis principes, Episcopos, sacerdotes, monachos. Calvinus calumniatur, quàm quod veteri doctrina, & fide sua enim vocant humanas traditiones ordinem. Hierarchico præterito omnes fere doctrinam amplectuntur evangelicam, evangelij predicatorum audiunt.

Respondeo: multiplicem esse calumniam. Non tradidit enim humanas traditiones fidem vovimus, sed assensum eorum, quæ Deus revelavit, siue scripta illa sint, siue non sint. Inter eas traditiones prima est, & diuinorum eloquiorum conservatrix fidelissima, quæ bibliorum nobis systema diuinæ auctoritatis, & authenticum proponit. Sunt enim nonnulla credenda, quæ neque in scriptura aperte inveniuntur, neque euidenter ex ea deducuntur: ut 13. sessione Coll. Ratisbon. ostensum est. Si vere & absque præiudicio rem inspicimus inuenimus profecto, loco scripturæ ab aduersariis glossas humanas, easque nouitiasque substitui, & credendas obtundi. Ita Zwingleius cum somniantem seu albus, seu ater spiritus exemplum suggesserit, quo fieri pro verbis Domini, Hoc est corpus meum substitueret; Hoc est figura corporis mei, non Domini nobis verba, sed sua somnia credenda Ecclesiæ proponit, pro quare hodieque laborat totus Calvinismus. Nos potius veterum iudicia sequimur, monet sem. 193. Augustinus, ut Ecclesiæ regula, sanctaque patrum traditio, a quæ iudicia, in perpetuum firma solidaque permaneant, & l. 28. contra Faustum c. 2. 6. Cum copiam *Matthæi Evangelium* recitare Apostoli eius, ubi narratio natiuitatis eius tota continetur, continuo dices illam rationem non esse Matthæi, quàm Matthæi esse dicit vniuersa Ecclesiæ ab Apostolicis sedibus vsq. ad præsentem Episcopos certa successione producta. Tu mihi quid contra lecturus es? Aliquem forte librum *Manichæi*, ubi Iesus negatur esse natus ex virgine. Sicut ergo ego credo illum librum esse *Manichæi*, quoniam ex ipso tempore, quo *Manichæus* vivebat in carne, per discipulos eius certa successione discipulorum vestrorum ad vestra vsque tempora custoditus atque perductus est: sic & istum librum crede esse *Matthæi*, quem ex illo tempore quo *Matthæus* ipse in carne vixit, non interrupta serie temporum, Ecclesiæ certa connexioni successione vsque ad tempora ista perduxit. Et dic mihi, cui libro potius credere debeamus, eiusne Apostoli qui Christo cum adhuc in terra esset, adhaerant. An nescio cui Persæ qui tanto post natus est?

In eum sensum Euseb. l. 1. de demonstratione Evangelica. Concilium Nicen. 2. act. 7. Synod. 8. Constan. canon. 1. Et olim Dionys. Areop. de Ecclesiæ. Hier. c. 7. dist. 1. Nunc vero cum non de scripturæ textu plerumque, sed mente & sensu agatur, tota est de traditionibus disputatio. Calvinus v. 31. illa verba. Multi crediderunt in eum, interpretatur de fide improprie dicta. Ceteri interpretes, & patres de fide propria & vera; in eo igitur tota



QVÆSTIO I.

*Quæ gentium dispersio?*

vota contraria non an crediderint, seu an vere, pro-  
 prie an improprie crediderint, vere non crediderint.  
 Deinde alias causas habent principes & Episcopi,  
 quam Pharisei; nam ad Christum venire turbam illi  
 indignabantur, principes & Episcopi à Christo abda-  
 ci dolent, nec vnuquam crediderunt apostatas, voti-  
 fragos, adulteros, paderastas esse Christos, ideoque  
 qui incaute illis noui Euangelij præcones audierunt,  
 alij ad Catholicam Ecclesiam redierunt, alij per va-  
 rios errores in atheismum ceciderunt. Quotus enim  
 quisque cum Lutero aut Caluino sentit? non enim  
 Euangelium Christi, sed suas cogitationes fallaces,  
 atque errabundas proposuerunt.

VERSUS 32. & seqq.

*Audierunt Pharisei turbam mur-  
murentem de illo hac: & miserunt  
principes & Pharisei ministros ut  
apprehenderent eum. Dixit ergo  
eis Iesus, Adhuc &c.*

QVÆSTIO I.

*Quod modicum tempus, & quomodo erant  
quæsituri?*

**R**espondet Dominus ad consilia sacerdotum, qui latere ipsi a bitrabantur. Nondum aduenisse capiendi tempus, modico tempore cum ipsis se conuersaturo, postea fore capiendi potestatem, non enim hostium se arbitrio, sed patris decreto momenta viuendi, moriendique habere constituta. Itaque irideri in sanos conatus eorum, nec mortem suam nominari, quam illi in corde & ore habebant, sed profecti onem ad patrem appellat, vt nos eam doceat mortem non formidare, Syriace est: *למה נאסד* *למיתה*, propter vani conuersatum. Sic Augustinus. Quod modo vultis facere & facturi estis, sed non modo: quia modo nolo. Quare modo nolo? Quia adhuc modicum tempus vobiscum sum, imple deo dispositionem meam, & sic peruenire ad passionem meam.

§. 2. Quæſierunt illum poſtea, ſed vario ſuſu id accipi poteſt. Quæſierunt il. uni mulieres, vt Chryſoſtomus, in ſepulchro; quæſierunt multi p. pœnitentiam poſt aſcenſionem, vt Auguſtinus. Quæſierunt poſt exidm. & in ipſa calamitate. Quæſierunt vt totam fidem, & doctrinam eius abolerent, vt Ruperus. Quæſierunt iurum in cælum vt Theodorus Hæreſis. Quæſiſſimos ipſum impioſ conſtat, nam de illis loq. iſt. qui inuenturi eum non erant, idq. eorum miliciz deputat. Minatur enim ſe in cælo fore ſpectatores peruentium. Tumenim cum in mēdis ærumnis verſarentur M. ſſiam liberatorem à Deo poſtulant, ſed fruſtra, cum iam ante eum contempſiſſent; nec vera tamen contritione quæſierunt, ſed in priſtina abalienatione, ferocia, perſecutione Chriſtianorum perſeuerantes magis ſe à Chriſto ſeiunxerunt.

VERSUS 35.

Dixerunt ergo Iudaei ad semetipsos,  
Quo hic iturus est, quia non mu-  
cniemus eum? nunquid in disper-  
sionem Gentium iturus est, Et do-  
cturus Gentes?

**S**. i. **V**ix esse potest sententia. Prima, vt dicitur *Amēn dispersio gentium*, sit Israelitarum dispersio facta per regiones gentium, Syrus habet *לְכָרֵי עַמּוּל לַאֲרָצוֹת* *latereuatha ad regiones*. Hoc modo querela minor videri posset occasio, si negligeret Iudæos in Palæstina habitantes, eos qui in dispersione erant requireret, sic dispersionem vsurparit crebro scripturæ. Petrus Epist. 1. cap. 1. vers. 1. scribit illis qui erant in dispersione Ponti, &c. & Jacob. Epist. 1. cap. 1. vers. 1. Altera sententia verior est, & huic loco accommodatior; vt dispersio gentium sint gentes dispersæ, & suspitionem iniiciant, se opinari Christum rel. ætis Iudæis adiuturum gentes. Nam quæ ex Petro adferuntur huc non faciunt: non enim absolute vocat dispersionem gentium Iudæos, sed electos *aduenas dispersionū gentium*. Iacobus non dicit duodecim tribus in dispersione gentium, hic: *duodecim tribubus, quæ sunt in dispersione, salutem*. Hic autem dispersio gentium, sunt gentes dispersæ. Sparsæ autem & dispersæ dicuntur gentes, sane Gen. 10. 4. dicuntur insula gentium separata, *קְדִירֵי יָם* *breda aphoeiossou.* & v. 32. *גִּילְגָּם וְעֶבְרָה וְאַחֲזָה וְנִפְרֵדִים* *niphredim geym, ab his diuisæ sint gentes*. Et c. 11. v. 4. & v. 9. dicuntur spargi populi faciem terræ, vbi est in 70. *סֻרְגַּי אֲשֶׁר אֶלְמוֹסֶטֶרֶן הָיוּ*, *antequam dispergerentur*, & *אל־מִצְרַיִם*, gentes ergo Dominus dispersit super terram, & israelitas collegit deinde iterum. Sic Latini sparsas cladas, sparsas paludes, & terras dicere confluunt, singularim autem Gæciam, Italiam regiones maritimas, cum insulas appellabant insulas gentium, & dispersiones gentium; Hic vocant *ἀλλογενῶν τῶν ἀνθρώπων* Græcorum. Syru initio *לְכָרֵי עַמּוּל* vocat *לְכָרֵי עַמּוּל* *latereuatha* populorum, secundo loco & doctores *לְכָרֵי עַמּוּל*, Græcos. Syrus *לְכָרֵי עַמּוּל* profanos impios: Hoc antiquam maximum nefas abominabatur. Et quamvis Christi fœdum ad patrem diserte dixisset, gentium nullam fecisset mentionem, odio tamen veritatis crimen fingunt, & argumentum querunt, quo roborent non esse Messiam; ille in domo David re-naturus erat, & omnes sediturus in virga ferrea; si igitur hic inquit mare transiiturs esset, & sedem re-ni in Græcia vel Italia positurus, hostis noster, non berator est. Norint eum à Romanis magni fieri, eorum quosdam sanasse, fidem laudasse. Grauis erat illa scutatio, & in populo gentium osore efficacissima, Phariseis itaque hæc inducta sunt, vt plebem ab eo alienaret, quasi ad gentes iturum seminatus esset, nihil moratus seruauit duram, & afflictiones liras-tionem. Quamuis autem propheta prædixisset, adeoque ter doctos constaret Messiam gentium etiam remptorem fore: nam & Zacharias id & Simcon in-  
cant, nec velle fere propheta id omittit, non tamen  
Israel intellexit.

Dispersio  
gensũ, gen-  
tes spar/æ:

Inuidiosum  
ire ad gen-  
tes.

Gentiliū pa-  
tronum nō  
putabant  
fore Meſſiā

Hoctamen veteres Rabbinī docuerant, vt R. Aha in cap. 41. Gen. [Potertine dici, quod redemptor sit acceptor facierum, sed omnes eum confitentes ore suo, & operibus suis, & corde suo, saluabit & liberabit, sicut dictum est Ieremias 23. c. In diebus eius saluabitur Iuda, id est, confitentes eum saluabuntur. Sicut & ipse apud Isaiam cap. 55. *Conuerimini ad me, & saluabimini omnes fines terra. Et iterum, qui mihi silebitur omnia gentes: & iurabit omnis lingua, & de illo scriptum est Isaias 49. Dedi tibi in lucem gentium, citat etiam Psal. 67. Confitebuntur tibi populi Deus, &c. & Sophon. 3.* Verum ita illi nimio gentium, à quibus seruicio premebantur, odio, in animum non ad-

VER-







Respondendo inquit Pareus. [Nemo non videt, esse quatuor terminos ex quibus fontis: & nihil sequi, mutatio proprio genere locutionis in figuratum. Maior de fonte proprie dicta vera; assumptio de fonte metaphorico loquitur, & est falsa.] addit autem, Etiam si fons esset gratia inhabitans, non esse tantam gratiam gratum facientem: nam iustificationem illa gratia priorem esse. Hic autem fontem esse miraculorum charismata, aliaque, & *ἀνεκφορτα*. Quod vero trahantur aquae salientes ad bona opera, esse impiam scripturam depravationem.

Respondendo. Bellarminum non vti vocum Homonymia, sed velut certum statuere fontem corporalem, esse permanentem, & perennem, & talem quoque esse gratiam seu spiritum qui datur credentibus. Vera autem minor est; spiritus ille est gratia gratum faciens. Nam Christus tam insigni elogio, & clamore promittit illis spiritum, quo accepto grati sint Deo, quo iustificentur. Aridi enim erant, quos vocat. Peccatores vocat ad poenitentiam. Sistentes vocat, hoc est afflictos, fatigatos onere peccatorum, sitis illo fonte pellicur, peccatum gratia. Possent ista ex parum auctoritate roborare, sed ut lector videat, quantum carpendi rabies malum inducat, ex suo magistro discipulum conuincam. Caluini verba sunt. [Hoc membro omnes hortatur ad bonorum suorum participationem, modo proprie inopiae conscijs iuuari cupiant. Nam omnes quidem sumus inopes, omniumque bonorum vacui & indigi, sed non omnes ad querendum remedium stimulat inopiae suae sensus, hinc fit ut multi peccem non mouentes in misero defectu tabescant: imo permultos sua vacuitas non afficit, donec Dei spiritus igni suo famem & sitim accendat in illorum cordibus.] Hae ille de fonte, & solos ad eas diuitias venire notat, qui eorum desiderio assunt.

Primo vocat inopes & vacuos & indigos, qui inuitantur ad bibendum, quosdam autem defectu in misero tabescere, Deinde ad locum Isa. 55. i. alludi, de illis ingitur, qui iusti non sunt intelligi, qui iustificantur, itaque venire dicit esse credere, nos melius bibere, esse haurire gratiam, quae fons sit perennis. Omni enim vitae succo delictumur, & humore, nisi cum nos Spiritus Dei vegetat, & nos arcano quasi vigore irrigat, inde concludit eos qui regniti non sunt, mortuos esse. Ex quo argumentum insigne conficitur. Fons ille quem inopes, vacui, indigi, inierati a Spiritu sancto expetunt, sine quo in misero defectu tabescerent, sine omni vitae succo destituti sunt, sine quo mortui, quo rigantur, ille fons inquam, est gratia iustificans, sed fons ille fixus ac stabilis est, ergo & gratia iustificans, seu gratum faciens talis est.

§. 5. Hinc apparet falsum quod Pareus ait fontis homine charismata miraculosa, & consolationem ex *ἀνεκφορτα* venientem significari. Nam illa charismata non omnibus dabantur, nec vitam praebebant. Ipse Caluinus contra sentit. Proprie agi ait de virtute spiritus, quae renascitur in Christo, ac efficitur nouae creaturae, licet alia dona non excludat. Gratia autem quae nos regenerat, & regenerando filios Dei facit, quaeque nouas creaturas facit, etiam Deo gratos facit. Porro suos inopes & ieiunos ac prope inanes bonorum spiritualium iacere affirmat, id quod tarditati & angustia fidei attribuit. Qui ex reapparet, non esse vere gratos Deo, nec fontem illum habere.

De *ἀνεκφορτα* vero perquam ridiculum est commentum flumina esse consolationem, quae nascitur ex fiducia, qua quisque certo sciat se praedestinatum, nulla sibi scelera imputatum vnquam iti. Quasi spiritus sit, qui datus est, fiducia & securitas poenae: quod commentum ipse Caluinus asserere non est ausus, sed regenerationis spiritum. Deinde propheta de Calu-

Adami Conzen in Euang. Tom. II.

niana fiducia non loquuntur, ad quos Christus alludit, etiam testibus haereticis. Isa. 41. Aperi am in supinis collibus flumina, & in medio camporum fontes: ponam desertum in stagna aquarum, & terram inuiam in viuos aquarum.

Et c. 44. 3. Effundam enim aquas super sitientem & fluentia super aridam; effundam spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam.

Clarissime Ezech. 36. v. 26. Et dabo vobis cor nouum; & spiritum nouum ponam in medio vestri: & auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum.

Quo etiam confutatur Pareus dum Bellarminum reprehendit, quod aquas fluentes in vitam aeternam interpreteretur de bonis operibus, merentibus vitam aeternam. Hanc enim impiam ipse impiè vocat scripturam depravationem, cum Ezechiel fructum illum vocet, ut in lege Dei ambulent, & David Psal. 1. plantatum lignum dicat secus decursum aquarum, ut det fructum in tempore suo. De bonis operibus Augustinus interpretatur, ex eo sumpsit Bellarminus, tract. 31. ille sic habet: Quid est fons, quid est fluuius, qui manat de ventre interioris hominis: Beneuolentia, quae vult consulere proximo, si enim putet quia quod bibit soli ipsi debeat sufficere, non sicut aqua viua de ventre eius, si autem proximo festinat consulere, ideo non siccatur, quia manat.

Aqua sunt bona opera.

## QVÆSTIO II.

Cur nondum erat spiritus datus?

§. 1. **N**oster interpretes legit *δοθέν* datus, in Græcis plerisque est *ἀγνος* sanctus, sed in his tubaudiendum est, quod noster legitur. Erat enim Spiritus sanctus; quia ab aeterno Deus est a patre filioque procedens: sed nondum erat datus. Et Chrysostomus exponit *ἐλεῖν*, *δοθέν*. Hoc est, datus. Et Syrus expresse *ܕܬܝܬܝܗܒܐܬܗ* itthihabath; datus. Nec illo loco vti sunt Ariani contra diuinitatem sancti Spiritus, quod tamen non intermisissent, si sensum huius loci putassent esse, nondum factum fuisse Spiritum sanctum, at nonne Spiritus Dei datus erat prophetis, Baptista, Simeoni, Elizabethae, Annae, Zachariae, & imprimis Dei matri?

Non fuit datus largiter.

Respondendum est. Non fuisse datum tam abundanter ac large, ut apostolis post datus est, & ut olim promissus, ita Augustinus tract. 32. Hieron. T. 3. ad Hedib. q. 9. p. 420. Ego autem audacter & tota libertate promittio, ex eo tempore, quo Apostoli Domino crediderunt, semper eos habuisse Spiritum sanctum, nec potuisse signa facere absque Spiritus sancti gratia, sed pro modulo atque mensura. Vnde Saluator clamabat in templo, dicens: Qui hinc veniat ad me, & bibat: & qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquae viuae. Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant, credentes in eum. Et in eodem loco infert: Nondum enim erat spiritus datus: quia Iesus nondum fuerat glorificatus: non quod non esset Spiritus sanctus: dicente Domino Salvatore: Si autem ego in spiritu eicio demonia: sed qui erat in Domino necdum totus in Apostolis morabatur. Quamobrem terrenus ad passionem eius, & negant, & Christum se nescire iurant, postquam autem baptizantur in Spiritu sancto, & infunditur in eos Spiritus sancti gratia; tunc libere loquuntur ad principes Iudeorum: Obedite magis Deo oportet, quam hominibus: mortuos suscitant, inter flagella letantur: fundunt sanguinem pro Christo, & supplicia sua coronantur, nondum ergo erat spiritus in Apostolis, nec de ventre eorum fluebant gratia spirituales: quia Dominus necdum fuerat glorificatus.

Vnde & Augustinum lib. 4. cap. 20. de Trinit. & lib. 83. q. 62.

Glorificationem interpretor ascensionem in caelos. Nam post eam missus est Spiritus sanctus. Hier. q. 9. ad Hedibiam.

Porro ideo ante glorificationem suam spiritum

Hh

non



non dedit, quia filium praesentem habuerunt, nec o-  
pus erat duobus paracletis, postquam ipse in coelum  
ascendit, adeo copiosum dedit spiritum, ut corporali  
eius praesentia, & magisterio non egerent, sed libere  
pronunciarent: *Visum est Spiritui sancto & nobis*. Quem  
eundem spiritum in Ecclesia ad finem vsque mundi  
reliquit, ne villo vnquam tempore à vero aberrer.  
Tam enim nostris temporibus est ille spiritus necessa-  
rius, quam fuit olim viuentibus apostolis.

# VERSUS 36. vsque ad fin.

*Quis est hic sermo quem dixit, Qua-  
retis me, & non inuenietis: &  
ubi sum ego, vos non potestis ve-  
nire? &c.*

## QUESTIO I.

*Quae sententia Iudeorum de Christo?*

§. 1. **A**lij prophetam, aliquem insignem, alij Chri-  
stum existimant. Exspectabant enim aliqui  
insignem prophetam praeter Christum dominum. O-  
mnes fere Galilaeum esse iudicant, quod occulte na-  
tus in Galilaea habitavit, ibique cognatos, & parentes  
habuerit. Facile tamen scire poterant de castello Da-  
uid esse, & in xipus, pago, cum in genealogiis tam essent  
curiosi, sed libenter omnem incredulitatis occasio-  
nem arripiunt. Hinc continuo ex Nicodemo qua-  
runt, num & ille Galilaeus sit; ignorabant enim disci-  
pulum esse: itaque propensionem erga patriam esse  
existimabant, quod Christo gentili faueret. Quin il-  
lud etiam absurde concludunt. Nunquam surrexit ex  
Galilaea propheta, igitur ne nunc quidem id factum  
esse. Cum paulo ante regem Idumaeum habuerint,  
quod omnino nouum fuit. Versus vltimus ab  
antiquis multis abest, nec legitur à Chy-  
lostomo, nec Theophy-  
lacto.

\*\*\*

## CAPVT VIII.

**I**ESVS autem perrexit in montem Oliueti. 2. Et diluculo iterum venit in templum, & omnis  
populus venit ad eum & sedens docebat eos. 3. Adducunt autem Scribae, & Pharisei mulierem  
in adulterio deprehensam: & statuerunt eam in medio. 4. & dixerunt ei: Magister, hac mulier  
modo deprehensa est in adulterio. 5. In lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare.  
Tu ergo quid dicis? 6. Hoc autem dicebant tentantes eum, ut possent accusare eum, Iesus autem inclinans se deor-  
sum, digito scribebat in terra. 7. Cum ergo perseverarent interrogantes eum, erexit se, & dixit eis: Qui sine  
peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. 8. Et iterum se inclinans, scribebat in terra. 9. Audien-  
tes autem unus post unum exiebant, incipientes à senioribus: & remansit solus Iesus, & mulier in medio stans.  
10. Erigens autem se Iesus, dixit ei: Mulier, ubi sunt, qui te accusabant: nemo te condemnauit? 11. Quae dixit:  
Nemo, Domine. Dixit autem Iesus: Nec ego te condemnabo: Vade, & iam amplius noli peccare. 12. Iterum er-  
go locutus est eis Iesus, dicens: Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen  
vitae. 13. Dixerunt ergo ei Pharisei. Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum. 14.  
Respondit Iesus, & dixit eis: Et si ego testimonium perhibeo de me ipso, verum est testimonium meum quia scio,  
unde veni, & quo vado: vos autem nescitis, unde venio, aut quo vado. 15. Vos secundum carnem iudicatis, ego  
non iudico quenkumque: 16. & si iudico ego, iudicium meum verum est, quia solus non sum: sed ego, & qui misit  
me, Pater. 17. Et in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est. 18. Ego sum, qui  
testimonium perhibeo de me ipso: & testimonium perhibet de me, qui misit me, Pater. 19. Dicebant ergo ei: Vbi  
est Pater tuus? Respondit Iesus: Neque me scitis, neque Patrem meum: si me sciretis, forsitan & Patrem meum sci-  
reretis. 20. Haec verba locutus est Iesus in gazophylacio, docens in templo: & nemo apprehendit eum, quia necdum  
venerat hora eius. 21. Dixit ergo iterum eis Iesus: Ego vado, & quaretis me, & in peccato vestro moriemini.  
Quo ego vado, vos non potestis venire. 22. Dicebant ergo Iudaei: Nunquid interficiet semetipsum, quia dixit:  
Quo ego vado, vos non potestis venire? 23. Et dicebat eis: Vos de deorsum estis, ego de supernis sum. Vos de mun-  
do hoc estis, ego non sum de hoc mundo. 24. Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccato vestro: si enim non cre-  
dideritis, quia ego sum, moriemini in peccato vestro. 25. Dicebant ergo ei: Tu quis es? Dixit eis Iesus: Princi-  
pium, qui & loquor vobis. 26. Multa habeo de vobis loqui, & iudicare, sed qui me misit, verax est: & ego quae  
audiui ab eo, haec loquor in mundo. 27. Et non cognouerunt quia Patrem eius dicebat Deum. 28. Dixit ergo  
eis Iesus: Cum exaltaueritis Filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum, & à me ipso facio nihil, sed sicut  
docuit me Pater, haec loquor. 29. Et qui me misit, mecum est, & non reliquit me solum: quia ego quae placita  
sunt ei, facio semper. 30. Haec illo loquente, multi crediderunt in eum. 31. Dicebat ergo Iesus ad eos, qui credi-  
derunt ei, Iudaeos: Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis. 32. Et cognoscetis veritatem, &  
veritas liberabit vos. 33. Responderunt ei: Semen Abrahae sumus, & nemini seruimus vnquam: quomodo  
tu dicis: Liberi eritis? 34. Respondit eis Iesus: Amen, amen dico vobis, quia omnis, qui facit peccatum, seruus  
est peccati. 35. Seruus autem non manet in domo in aeternum: filius autem manet in aeternum. 36. Si ergo vos  
filius liberauerit, vere liberi eritis. 37. Scio, quia filij Abrahae estis: sed queritis me interficere quia sermo meus  
non capit in vobis. 38. Ego quod vidi apud Patrem meum loquor: & vos quae vidistis apud patrem vestrum  
facitis. 39. Responderunt, & dixerunt ei: Pater noster Abraham est. Dicit eis Iesus: Si filij Abrahae estis, opera  
Abrahae facite. 40. Nunc autem queritis me interficere, hominem qui veritatem vobis locutus sum, quam au-  
diui à Deo: hoc Abraham non fecit. 41. Vos facitis opera patris vestri: Dixerunt itaque ei: Nos ex fornicatione  
non sumus nati, unum patrem habemus Deum. 42. Dixit ergo eis Iesus: Si Deus pater vester esset, diligeretis  
veritatem meam, ego enim ex Deo processi, & veni: neque enim à me ipso veni, sed ille me misit. 43. Quare loque-  
lam meam non cognoscitis: Quia non potestis audire sermonem meum. 44. Vos ex patre diabolo estis: & desi-  
deratis